

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Pro domo sua

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

contulatum petebat, non Luculli, Servili, Scipiones, Metellorum filii, stantes, ac fordidati, populo Rom. supplicaverunt: sed *opus frater*, qui in me pietate, filius; consiliis, parens; amore, (ut erat) frater inventus est: sequore & lacrymis, & quotidianis precibus desiderium mei nominis renovari, & rerum gestarum memoriam usurpari coegit. qui cum statuisset, nisi per vos me recuperasset, eandem subire fortunam, atque idem sibi domicilium & vitam, & mortis deposcere: tamen nunquam nec magnitudinem negotii, nec solitudinem suam, nec vim inimicorum, ac tela pertimuit. Alter fuit propugnator mearum fortunarum, & defensor assiduus, summa virtute, & pietate, C. Piso, *gerer*: qui minas inimicorum meorum: qui inimicitias a suis non fuerunt, consulis: qui Pontum, & Bithyniam quaestor pro mea salute neglexit. Nihil unquam senatus de P. Popillio decrevit, nunquam in hoc or-

1. Metellorum filii. Manutius Paulus conjicit Metellorum, quomodo iam fuerat in oratione praecedenti. & absurdum sane Meillas istas fo-

dine Q. Metelli mentio facta est. Tribunitis sunt illi rogationibus, interfectis inimicis, denique nulla auctoritate senatus, restituti; cum alter eorum senatui paruisset, alter vim, eademque fingisset. Nam C. quidem Marius, qui hac hominum memoria tertius ante me consularis, tempestate civili expulsum est, non modo a senatu non est restitutus: sed *reditusio* senatum cunctum panē delevit. nulla de illis magistratum consensio, nulla ad temp. defendendam populi Rom. convocatio, nullus Italiae morus, nulla decreta municipiorum & coloniarum exstiterunt. Quare cum mea vestra auctoritas arcesserit, populus Rom. revocavit, resp. imploravit, Italia cuncta prae suis *hominis* reportavit: rog. committam, P. C. cum ea mihi sint restituta, quae in potestate mea non fuerunt, ea non habeam, quae ipse praestare possim, praestem cum illa amissa recuperarem, *virtutem & fidem* nunquam amiserim.

tores Metellis ejusdem familiae nuptas fuisse, ut observat Pighius lib. XIV. Rom. Annalium.

M. TULLIUS CICERO
PRO
DOMO SUA, AD PONTIFICES.
ORATIO VICESIMA NONA.
SYNOPSIS.

Respondet Clodio, qui actionem ejus de potestate rei frumentaria Pompejo danda reprehenderat: Divinae suae domus à Clodio everfa, aream à Clodio tribus plebi consecratam, ab omni religione vacuum atque puram apud Pontifices docet. Effectus is fuit, ut Pontifices persuaserit, aream sibi restitui. Acta eodem anno, quo superiores duae pridie Kal. Octobr.



U M multa divinitus, pontifices, à majoribus nostris inventa, atque instituta sunt: tum nihil praeclearius, quam quod vos eos dem & religionibus deorum immortalium, & summx reipubl. praesse voluerunt: ut amplissimi, & clarissimi cives temp. bene gerendo; & pontifices religiones sapienter interpretando, temp. conservarent. Quod si ullo tempore magna causa sacerdotum populi Rom. judicio, ac potestate versata est: haec profecto tanta est, ut omnis reip. dignitas, omnium civium salus, vita, libertas, ars, foci, dii penates, bona, fortunae, domicilia, vestrae sapientiae, fidei, potestatisque commissa, creditaque esse videantur. Vobis hodie no die constituendum est, utrum posthac amantes, ac perditos magistratus improborum, ac sceleratorum civium praesidio nudare, an etiam deorum immortalium religione armate malitis. Nam si illa labes, ac flamma reip. suum illum pestiferum, & funestum tribunatum, quem aequitate humana tueri non potest, divina religione defenderit: aliae caeremoniae nobis erant, alii antistites deorum immortalium, alii interpretes religionum requirendi. sin autem vestra auctoritate, sapientiaque, pontifices, ea, quae furore improborum in rep. ab aliis oppressa, ab aliis deserta, ab aliis prodita gesta sunt, rescindatur: erit causa, cur consilium majorum in amplissimis viris ad sacerdotia deligendis, jure ac merito laudare possimus. Sed, quoniam ille demens, si ea, quae ego per hos dies in senatu de rep. sensu, vituperasset, aliquem se aditum ad aures vestras esse habiturum putavit: omittam ordinem dicendi meum: respondebo hominibus

furiis non orationi, qua ille uti non potest, sed convicio, cujus exercitacionem cum intolerabili petulantia, tumetiam diuturna impunitate munivit. Ac primum illud à te, homine vesano, ac furioso, requiro, quae te tanta paratuorum scelerum, flagitiorumque vexet, ut hos tales viros, qui non solum consiliis suis, sed etiam *specie ipsa* dignitatem reip. sustinent, quod ego in sententia dicenda salutem civium cum honore Cn. Pompeji conjunxerim, mihi esse iratos, & aliud, & de summa hoc tempore religione sensuros, ac me absente senserint, arbitrare. Fuisit tu, inquit, apud pontifices superior: sed jam, quoniam te ad populum contulisti, sis inferior, necesse est. Itane verò, quod in imperita multitudine est vitiosissimum, *varietas*, & inconstantia, & crebra, tanquam tempestatum, sic sententiarum, commutatio, hoccu ad hos transferas, quos ab inconstantia gravitas, à libidinosa sententia certum & definitum jus religionum, vetustas exemplorum, auctoritas litterarum, monumentorumque deterret? Tunc es ille, inquit, quo senatus carere non potuit? quem boni luxerunt? quem resp. desideravit? quo restituito, senatus auctoritatem restitutum putabamus? quam primum adveniens prodidisti? Nondum de mea sententia dico. impudentiam primum respondebo tui. Hunc igitur, funesta reipubl. pestis, hunc tu civem ferro, & armis, & exercitus terrore, & consulum scelere: & audacissimorum hominum minis, servorum delectu, obfessione templorum, occupatione fori, oppressione curiae, domo, & patria, ne cum improbis boni ferro dimicarent, cedere curasti, quem à senatu, quem à bonis omnibus quem à cuncta Italia desideratum, arcessitum,

1. Pontifices, religio. Sic plerique Pall. nam aliquot habent religio, ut religio, omisso eo Pontifices. ver. odd. pontifices religio, ut religio. Panthagates conjecit, religio, ut religio, quod in vasis Lambinus.

2. Magna causa sacerdotum, &c. Ita Pall. & Ahalz liberas: S. Vici.

atque editio prima sine praepositione.

3. De summa hoc tempore religio, &c. Pal. nonus hujus temporis, quarto utraque vox deest.

4. Leniam se ad populum contulisti. Lambinus ad Pompejum. sed in vitiis omnibus miss.

5. Domus

num, revocatum, conservandæ reip. causâ, confiteris? At enim in senatum venire, in Capitolium intrare turbulento illo die non debuisti. Ego vero neque veni, & a domo me tenui, quamdiu turbulento tempus fuit: cum sequeos tuos ad rapinam, ad bonorum eadem paratos, cum illa tua consceleratum, ac perditorum manu armatos, in Capitolium tecum venisse constabat, quod cum mihi nuntiaretur, scio me domi mansisse, & ubi, & gladiatoribus & instaurandæ cadis potestatem non fecisse. postea quâ mihi nuntiatum est, populum Rom. in Capitolium, propter metum, atque inopiam rei frumentariæ, convenisse; ministros autem scelerum tuorum porterritos, partim amissis gladiis, partim ereptis, diffugisse: veni non solum hæc ullis copiis, ac manu, verum etiam cum paucis amicis. An ego, cum P. Lentulus consul, optimè de me, ac de republ. meritis, cum Q. Metellus, qui, cum meus inimicus esset, frater tuus, & dissensionis nostræ, & precibus tuis salutem, ac dignitatem meam prætulisset, me accesserent in senatum; cum tanta multitudo civium tam recenti officio suo me ad referendam gratiam nominatim vocarent: non venirem, cum præsertim te jam illinc cum tua fugitivorum manu discessisse constaret? Hic tu me etiam custodem, defensorem Capitolii, temporumque omnium, hostem Capitolium ausus appellare es, quod, cum in Capitolio senatum duo consules haberent, eò venirem? Utrum ne est tempus aliquod, quo in senatum venisse turpe sit? an res illa talis erat, de qua agebatur, ut rem ipsam repudiare, & eos, qui agebant, condemnare deberem? Primum dico senatoris esse boni, semper in senatum venire: nec cum his sentio, qui stantur minus bonis temporibus in senatum ipsi non venire: non intelligentes, hanc suam nimiam perseverantiam, vehementer his, quorum animum offendere voluerunt, gratam, & jucundam fuisse. At enim nonnulli propter timorem; quod te in senatu tutò non esse arbitrabantur, discesserunt, non reprehendo: nec quæro, fuerint aliqui pertimescendum, puto, 3 suo quemque arbitrari timere oportet. cur ego non timeam, quæris? quia te illinc abiisse constabat. Cur, cum viri boni nonnulli putarint, tutò se in senatu esse non posse, ego non idem lenserim? Cur, cum ego me existimarem tutò omnino in civitate esse, 4 non posse, illuc irem? an aliis licet, & rectè licet, in meo metu sibi nihil timeret: mihi uni necesse erit & meam, & aliorum vicem pertimescere? An, quia non condemnavi sententia mea 3 duos consules, sum reprehendendus? eos igitur ego potissimum damnare debui, quorum lege perfectum est, ne ego indemnatus, atque optime de rep. meritis, damnatorum poenam sustinerem? quorum etiam delicta, propter eorum egregiam in me conservando voluntatem, non modo me, sed omnes bonos ferre oporteret, eorum optimum consilium ego potissimum, per eos in meam pristinam dignitatem restitutus, consilio repudiarem meo? At quam sententiam dixi? Primum eam, quam populi sermo in animis nostris jam antè defixerat: deinde eam, quæ erat superioribus diebus agitata in senatu: deinde eam, quam senatus frequens, tum, cum mihi est assensus, secutus est: ut neque allata sit à me res inopinata, ac recens: nec, si quod in sententia vitium est: magis sit ejus, qui dixerit,

quàm omnium, qui probarint. At enim liberum senatus iudicium, propter metum, non fuit. Si timuisse eos facis, qui discesserunt, concede, non timuisse eos, qui remanserunt: sin autem sine his, qui tum absuerunt, nihil decerni liberè potuit: cum omnes adessent, ceptum est referri de inducendo S. C. Ab universo senatu reclamatum est. Sed quæro, in ipsa sententia, quoniam princeps ego sum ejus, atque auctor, quid reprehendatur. Utrum causa capiendi novi consilii non fuit? an mex partes in ea causa non præcipue fuerunt? an aliò potius confugiendum fuit? 6 quæ res, quæ causa major esse, quàm fames, potuit? quàm seditio? quàm consilia tua, tuorumque, qui, facultate obata, ad imperitorum animos incitandos, renovatum te tua illa funesta latrocinia ob annonæ causam putarunt? Frumentum provinciæ frumentariæ partim non habebant; partim in alias terras, credo, propter varietatem venditorum miserant, partim, quò gratius esset, tum cum in ipsa fame subvenissent, custodiis suis clausum continebant, ut subito novum mitterent. Res erat non in opinione dubia, 7 sed in præsentia, atque ante oculos proposito periculo: neque id conjectura prospiciebamus, sed jam experti videbamus. nam, cum ingravesceret annonæ, ut jam planè inopia, ac fames, non caritas timeretur: concursus est ad 8 templum Concordiæ factus, senatum illuc vocante Metello consule: qui si verus fuit, ex dolore hominum, & fame: certè consules causam suspicere, certè senatus aliquid consilii capere potuit. sin in causa fuit annonæ, 9 seditionis quidem instigator, & concitator tu fuisti: nonne id agendum in nobis omnibus fuit, ut materiam subtraheremus furori tuo? Quid, si utrumque fuit, & ut fames stimulet homines, & tu 10 in hoc ulcere, tanquam unguis, existeres? nonne fuit eo major adhibenda medicina, quæ & illud nativum, & hoc delatum malum sanare posset? Erat igitur & præsens caritas, & futura fames, 11 non est satis: facta lapidatio est. Si ex dolore plebei, nullo incitante: magnum malum, si P. Clodii impulsu: usitarum hominis facinorosi scelus, si utrumque, ut & res esset ea, quæ su sponte multitudinis animos incitaret, & parati, atque armati seditionis duces: videtur ipsa resp. & consulis auxilium implorasse, & senatus fidem? Atqui utrumque fuisse perspicuum est, difficultatem annonæ, suamque inopiam rei frumentariæ? ut homines non jam diuturnam caritatem, sed ut famem planè timerent, nemo negat. hanc istum, otii & pacis hostem, causam arrepturam fuisse ad incendia, eadem, rapinas, nolo, pontifices, suspicemini, nisi videritis. Qui sunt homines à Q. Metello, fratre tuo, consule, in senatu palam nominati, à quibus ille se lapidibus appetitum, etiam percussum esse dixit? L. Sergium, & L. Lollium nominavit. Quis est iste Lollius? qui sine ferro ne nunc quidem tecum est: qui, te tribuno pleb. nihil de me dicam, sed qui Cn. Pompejum interficiendum depoposcit. Quis est Sergius? armiger Catilinæ, stipator tui corporis, lignifer seditionis, concitator abernatorum, damnatus injuriarum, percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiæ. His, atque hujusmodi ducibus, cum tu in annonæ caritate in consules, in senatum, in bona, fortunasque locupletium, per causam inopum, atque imperitorum, repentinos impetus

i i compa.

1. Domo me tuam. Vulgo domi, sed contra omnes membranas & antiquos impressos.
2. Ad rapinam, ad bonorum eadem. Pal. non. atque Erf. ad impiam prædam.
3. Sui quemque arbitrari timere oportet. Hanc aliter S. Vict. Ah. Pal. nonus. recepta lectio, arbitris suo quemque tuo.
4. Non posse, illuc irem? P. Manutius & Barg. in m. illis non irem? Erford. habet, illi ferunt, quod & in Pall. nono; sed idem etiam habet loco exhibentem, sensentem.
5. Dns consules. Est à Pal. nono & S. Victoris pro eo quod vulgata, dnt.
6. Quæ res, quæ causa major est? Pall. S. Vi. & editioque vetus fuit? & sic hæc causa.

7. Sed in præsentia atq; ante oculos plebei periculo. Nata lectio, ex editione P. Manutii, item veteris Lugdunensis: hæc enim habet illud plebei, illa præsentia, at vulgata, sed in præsentia atq; ante oculos plebei, quod idem in m. Pal.
8. Ad templum Concordiæ. Gulicim. habet verbum templum pro spatio.
9. Seditionis quidem instigator. Cur excluderem istud? inventum in Pall. pluribus, (nam omnes excutere nimis operosum) & codice S. Victoris, vulgo stimulator.
10. In ulcere unguis. S. Victoris in v. sicere unguis, quod unguem deprehendi item in Pall. nono. nam ceteri ferè ungue.
11. Non est satis: facta lapidatio. Idem istud quoque in Pall. nostris, nec non Erf. ac S. V. nam vulgata: inde facta lapidatio: quod ne quidem in antiquis ed. quæ inde facta lapidatio.

comparares: cum tibi salus esse in otio nulla posset: cum desperatis ducibus decuriatis, ac descriptis haberet exercitus perditorum: nonne providendum senatus fuit, ne in hanc tantam materiem seditionis ista funesta fax adhuc resceret? Fuit igitur causa capiendi novi consilii. Videte nunc, fuerintne partes mea paxē precipua. Quem tunc Sergius illerius, quem Lollius, queni cetera pestes in lapidatione illa nominabant? quem annonam praestare oportere dicebant? nonne me? quid? puerorum illa concuratio nocturna? num à te ipso instituta, me frumentum flagitabant? Quasi verò ego aut rei frumentariae praefuissem, aut compressum aliquod frumentum tenerem, aut in isto genere omnino quidquam, aut curatioe, aut potestate valuissem. Sed homo ad eadem imminens, mecum nomen et operis ediderat, imperitis injecerat. Cum de mea dignitate in templo Jovis Optimi Maximi senatus frequentissimus, uno isto dissecante, decrevisset: subito illo ipso die, carissimam annonam nec opinata vilitas consecuta est. Erat qui deos immortales (id quod ego sentio) numine suo reditum meum dicerent comprobasse, nonnulli autem illam rem ad illam rationem, conjecturamque revocabant, qui, quod in meo reditu spes otii & concordiae sic videbatur, in discessu autem quotidianus seditionis timor, jam paxē belli depulso metu, commutatam annonam dicebant: quae quia rursus in meo reditu facta erat durior, à me, cujus adventu fore vilitatem boni viri dicebant, annona flagitabatur. Ego denique non solum ab operis tuis, impulsu tuo, nominabar, sed etiam depulsis, ac dissipatis tuis copiis, à populo Rom. universo, qui tum in Capitolium convenerat, cum illo die minus valerem, nominatum in senatum vocabar. Veni expectatus, mutis sententis jam dictis, rogatus sum sententiam dixi reip. suberrimam, nihil necessarium. Petebatur à me frumenti copia, annonae vilitas; à quasi possem aliquid in ea re gerenda: non habebatur. Flagitabar bonorum expostulatione improborum coaevicia sustinere non poteram. delegavi amico locupletiori, non quò illi, ita de me merito, onus illud imponerem (succubuissem enim potius ipse) sed quia videbam id, quod omnes: quod nos de C. Pompejo polliceremur, id illum fide, consilio, virtute, auctoritate, felicitate denique sua facillimè perfecturum. Ita que, si ve hunc dii immortales fructum mei reditus populo Rom. tribuant, ut, quemadmodum discessu meo frugum inopia, fames, vastitas, caedes, incendia, rapinae, scelera impunitas, fuga, formido, discordia fuisset: sic reditu meo ubertas agrorum, frugum copia, spes otii, tranquillitas animorum, judicia, leges, concordia populi, senatus auctoritas, mecum simul reducta videantur: si ve egomet aliquid adventu meo, consilio, auctoritate, diligentia pro tanto beneficio populi Rom. praestare debui: praesto, promitto, spondeo: nihil dico amplius: hoc, quod satis est huic tempori, dico, temp. annonae nomine, in id discrimen, quò vocabatur, non esse venturam. Num igitur in hoc officio, quod fuit praecipue meum, sententia mea reprehenditur? à rem maximam eripui à peste summi periculi, non solum

eam, sed etiam vos à caede, incendiis, vastitate: nemo negat: cum ad causam caritatis accederet iste speculator communium miseriarum, qui semper in reip. malis, sceleris sui fauces inflammat. Negat oportuisse quidem unum extra ordinem decerni. Non jam tibi sic respondebo, ut ceteris: Cui Pompeio plurima, periculosissima, maxima, terra, marique bella extra ordinem esse commissa; quarum rerum si quem paeniteat, eum victoriae populi Rom. praenitere. non ita tecum ago. cum his haec à me haberi oratio potest, qui ita disputant, se, si qua res ad unum deserenda sit, ad Cn. Pompejum delaturos potissimum: sed se extra ordinem nihil cuiquam dare: cum Pompejo datum sit, id se pro dignitate hominis ornare, ac tueri solere. Horum ego sententiam ne laudem, impediatur C. Pompeji triumphis, quibus ille, cum esset extra ordinem ad patriam defendendam vocatus, auxit nomen populi Rom. imperiumque honestavit: constantiam probo, quae mihi quoque utendum fuit, quod ille auctor extra ordinem bellum cum Mithridate, Tigraque gessit. Sed cum illis tamen possum aliquid disputare: tua verò quae tanta impudentia est, ut audeas dicere, extra ordinem dari nihil cuiquam oportere? qui cum legem aeterna Ptolemaeum, regem Cyprum, fratrem regis Alexandrinum, eodem iure regnantem causa incognita, publicasset, populumque Rom. scelerate obligasset: cum in ejus regnum, bona, fortunas, a patre, in hujus imperii immixtiones, cujus cum patre, avo, majoribus societas nobis, & amicitia fuisset: hujus pecuniam de portanda, & si quis suum jus defendere, bello gerendo, M. Catonem praefecisset, Dices, quem virum? sanctissimum, prudentissimum, fortissimum, amantissimum reip. virtute, consilio, ratione, vita, mirabili ad laudem, & prope singulari. Sed quid ad te, qui negas esse verum, quemquam ulli reip. extra ordinem praefici? Atque in hoc solum inconstantiam redarguo tuam: qui in ipso Catone, quem tu non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeris: quem tuis Sergiis, Loliis, Titis, ceterisque cadis, & incendiis, quibus, objeceras: quem carnifici, molivium, quem indemnatorum necis principem, quem crudelitatis auctorem fuisse dixeras: ad hunc, honorem & imperium, extra ordinem nominatum rogatione tua devulisti & tanta fuisti intemperantia, ut illius tui sceleris rationem occultare non posses. Litteras in concione recitasti: quas tibi à Caesare missas dices. CAESAR PULCHER: cum etiam es argumentatus, amoris esse hoc signum: cum nominibus tantum uteretur, neque ad diceret, PROCORDIA, aut TRIBUNO PL. deinde gratulari tibi. 6 & quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademit, illas, quas aut nunquam tibi ille litteras misit: aut, si misit, in concione recitari noluit: aut, si ve ille misit, si ve tu faxisti: certe consilium tuum de Catonis honore, illarum litterarum recitatione patet factum est. Sed omitto Catonem cuius eximia virtus dignitas, & in eo negotio, quod gessit, fides, & continentia, tegere videntur improbatum & legibus, & actionibus tuis. 7 quis proxiis cum hominibus potest homines natos turpissimo, sceleratissimo, contaminatissimo: quis

1. Operis soliditas, imperitiam infertat. Pall. aliquot sperariis. at enim nonus perire, ediderat, quod ab obryzam examinantibus oratiosiores, Gulielmus conjiciebat, obryzati.
 2. Quasi possem aliquid in ea re gerenda non habebatur. Ita omnis lectio eula at scripta Pall. non debebat, unde aliquando conjiciebam: annona debebat, sed ab hac scriptura recedit Pall. nonus, in quo sine qua illo: possem aliquid in ea re gerenda non habebatur. S. V. C. item possem aliquid in ea re gerenda non habebatur. in Pal. octavo extra vulgata, sed à recentiori manu emendatum. habebatur, adnotatum quo dubitabat.
 3. Rem maximam eripui à peste summi periculi, non solum ann. sed etiam res. Pall. sed à peste, at nonus: Rem maximam fuisse summi periculum non solum ed. sed etiam à caede. S. V. C. Rem maximam perisse summi periculi, non solum ed. sed etiam à caede. Gulielmus tentabat, perisse & summi periculi, non solum ann. sed etiam res.
 4. Patricium hujus imperii, etc. Redoxi lectionem veterum edi-

tionum, & omnium Pall. item Gembl. & S. Victoris recentior enim laetitia non voce duriore forsitan quam uti debuere Cicero Romae ad Senatores populi Rom.
 5. Quam tu non pro illius dignitate produxeras. Pall. nonus, quem tu non produxeras pro illius dig. editio prima, quem tu non modo pro ill. etc. quod muti Gulielmus in agere: in non demo. produxeras enim mag. stratus usque ad portam à familiaribus necesse estque imprimis, quorum lego aut suffragatione proveniant.
 6. Quod idem in posterum de. Catonem. Illud, idem in posterum irreprobatum arbitrari Gulielmus, ex n. embro. statim sequenti, ubi praeterea cuperet legi, quod videtur in posterum.
 7. Quis proxiis cum hominibus potest homines natos turpissimo, sceleratissimo, contaminatissimo, solus tertius habet. Quis bonum poss. etc.

quis illam optimam, fertilemque Syriam, quis bellum pacatissimis gentibus, quis pecuniam ad emendos agros constitutam, i creptam vi ex Caesaris rebus actis, quis imperium institutum dedit? Cui quidem cum Ciliciam dedisses, mutasti pactonem, & Ciliciam ad praetorem item extra ordinem transfulisti: Gabinio, pretio amplificato, Syriam nominatim dedisti. Quid? homini terretimo, crudelissimo, fallacissimo, omnium scelerrimo, libidinumque maculis notatissimo, L. Pisoni, nonne nominatim *populus libertas*, multis senatus consultis, etiam, 2 recenti lege *loceri* ipsius liberatos, vinctos, & constrictos tradidisti: nonne, cum ab eo merces tui beneficii, pretiumque provinciae, meo sanguine tibi esset perfolutum, tamen ararium cum eo partitus es? itane verò? tu provincias consulares, quas C. Gracchus, qui unus maxime popularis fuit, non modo non abtulit ab senatu, sed etiam, ut necesse esset quotannis 3 constituit per senatum, decreta lege sanxit: cas lege Sempronii per senatum decretas, rescidisti? *extra ordinem sine sorte*, nominatim dedisti, non consulibus, sed reipublicis? nos, quod nominatim rei maximae pax iam desperata, summum virum saepe ad extrema reipublicae discrimina delectum, praefecimus, a te reprehendemur? Quid tandem? si, quae tum illis reipublicae, tenebris, caecisque nubibus, & procellis, cum senatum à gubernaculis deiecisses, populum è navi exturbasses, ipse archipirata cum grege praedonum impurissimo *plenissima vela* navigares: si, quae tum promulgasti, constituisti, promissisti, vendidisti, perferte potuisses, qui locus in orbe terrarum vacuus extraordinarius fasces, atque imperio Clodiano rursus? Sed exierat aliquando Cn. Pompeii (dicam ipso audiente, quod sentis, & sentio, quoquo animo me audiarus est) excitatus, inquam, aliquando Cn. Pompeii nimum diu reconditus, & penitus abstrusus animi dolor, tubenit subito reipublicae civitatemque fractam malis, mutam, debilitatam abjectam meta, ad aliquem spem libertatis, & patriae dignitatis *esset*. Hic vii extra ordinem rei frumentariae praeficiendus non fuit? scilicet tu à balonius ipurissimo, praefigatori libidinum tuarum, homini egentissimo, & facinorosissimo Sex Clodio, socio tui sanguinis, qui sua lingua etiam fororem tuam à te abalienavit, omne frumentum privatum, & publicum, omnes provincias frumentarias, omnes mancipes, omnes hortorum claves lege tua tradidisti, quae ex re primùm *caritas* nata est: deinde inopia; impendebat fames, incendia, caedes, direptio: imminabat tuus furor omnium fortunis, & bonis. Queritur etiam importuna pestis, ex ore impurissimo Sex Clodii tui frumentaria esse creptam, suumque in periculis, ejus viri auxilium implorasse tempus, à quo saepe se & servatam, & amplificatam esse meminisset. Extra ordinem ferri nihil placet Clodio. Quid? de me quod tulisse te dicis, atque homines judicaverunt, conservatoris reipublicae quem admodum autem tute ipse confiteris, non modo indemnati, sed *ne accusari quidem*, licuit tibi ferre non legem, sed nefarium privilegium, lugente senatu, merentibus bonis omnibus, totius Italiae precibus repudiatis, oppressa, captaque reipublicae: mihi, populo Rom. implorante, senatu poscente, temporibus reipublicae flagitantibus, & non licuit de

salute populi Rom. sententiam dicere? Quae quidem in sententia, si Cn. Pompeii dignitas aucta est, conjuncta cum utilitate communi, cerè laudandus essem, si ejus dignitati suffragatus viderer, qui mea saluti opem, & auxilium tulisset. Delinant, delinant homines iisdem machinis sperare merestitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. Quod enim *par amicitia* consularis fuit unquam in hac civitate conjunctius, quam fuimus inter nos, ego & Cn. Pompeius? quis apud Populum Rom. 7 de illius dignitate industrius, quis senatui saepius dixit? qui tantu: fuit labor, quae simulas, quae contentio, quam ego non pro illius dignitate susceperim? qui ab illo in me honos, quae praedicatio de mea laude, quae remuneratio benivolentiae praetermissa est? Hanc nostram conjunctionem, hanc conspersionem in repub. bene gerenda, hanc jucundissimam vitae, atque officiorum omnium societatem, certi homines *sibi sermonibus*, & falsis criminibus diremerunt: cum iidem illum, ut me metueret, me caveret, monerent: iidem apud me, mihi illum esse uni inimicissimum, dicerent: ut neque ego ab illo, quae mihi petenda essent, satis audaciter petere possem: neque ille, tot suspicionibus certorum hominum, & scelere exulceratus, quae meum tempus postularer, satis prolixè mihi polliceretur. Data merces est erroris mei magna, pontifices, ut me non solum pigeat stultitia mea, sed etiam pudeat: qui, cum me non repentinum aliquid meum tempus, sed veteres multo antè suscepti, & provisi labores, cum viro fortissimo, & clarissimo conjunxissent, sim passus à tali amicitia distrahi: neque intellexerim, quibus aut ut *aperiri inimicos* obstitere, aut ut *insidiosos amicos* non crederem. Froinde delinam aliquando me iisdem inflammare verbis: Quid sibi iste vult? nescit, quantum auctoritate valeat, quas res gesserit, qua dignitate sit restitutus, cur ornatus à quo desertus est? Ego verò neque me tum desertum puto, sed paxem deditum: nec, quae sint in illa reipublicae flamma gesta contra me, neque quomodo, neque per quos, patefaciendum mihi esse arbitror. Si utile reipublicae fuit, haurire me *unum pro omnibus* illam indignissimam calamitatem: etiam hoc utile sit, quorum id scelere constatum sit, me occulare, & tacere. Illud verò est hominis ingrati, tacere. Itaque libentissimè praedico, Cn. Pompeium studio, & auctoritate aequè, ut unumquemque vestrum, opibus, contentione, precibus, periculis denique, praecipue pro salute mea laborasse. Hic tuis, P. Lentule, cum tu nihil aliud dies, & noctes, nisi de salute mea cogitares, consiliis omnibus interfuit: hic tibi gravissimus auctor ad instituentam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adjuvator ad rem perficiendam fuit: hic municipia, coloniasque adiit: hic Italiae totius auxilium cupientis imploravit: hic in senatu princeps sententiae fuit: idemque cum dixisset, tum etiam pro salute mea populum Rom. obsecravit. Quare istam orationem, quae es usus, omittas licet: post illam sententiam, quam dixeram de annona, pontificum animos esse mutatos: perinde quasi isti aut de Cn. Pompeio aliter, atque ego existimo, sentiant: aut, quid mihi pro expectatione populi Rom. pro Cn. Pompeii meritis erga me, pro ratione mei temporis faciendum fuerit, ignorent: aut etiam, si cujus forte pontificis animum, quod certo scio aliter esse, mea sententia offendit, alio modo sit constitutus.

li 2
turus

1. Creptam vi ex Caesaris rebus actis. Pall. omnes & S. Victoris, creptam ex vi Caesari, an fuit, creptam ex Sex. Caesari.
2. Rurari lege ferri ipsius. Lambinus gauri, ex conjectura Passerati, sed non respondentibus mss.
3. Constituit per senatum decreta lege sanxit. Lambinus decretas, subintellegite provincias inquit, libris omnibus in vicis.
4. Balonius (sive, sive). Lambinus ex lectione S. Victoris facit impurissimum. Guletratus spurcissimum, & propius litteras, & flagitio ejus contententius.

10. Sex. Clodii, etc. Pal. nonus. Dicitur, voluit, forte Clodio, quod in S. Victoris codice, sicque semper hic invenit in melioribus mss. Suffridus noster.
6. Non licuit de salute populi Rom. dicere sententiam. Gemblacensis, scilicet publicam dicere sententiam, ut appareat referendum, dempta littera, publica.
7. De illius dignitate industrius. P. Manutiusque Lambinus illustrius, sed non suffragatur libri editi scripturae.

turis, aut de religione & pontificum, aut de reipub. quam sum aut ceremoniarum jus, aut civitatis salus coegerit. Intelligo, pontifices, me plura extra causam dixisse, quam aut opinio tulerit, aut voluntas mea: sed cum me purgatum vobis esse cuperem, tunc etiam vestra in me attende audiendo benignitas provexit orationem meam. Sed hoc compensabo brevitate ejus orationis, quae pertinet ad ipsam cognitionem vestram: quae cum sit in jus religionis, & in jus reipub. distributa, religionis partem, quae multo est verborum, praetermittens, de jure reipub. dicam. Quid est enim aut tam arrogans, quam de religione, de rebus divinis, caeremoniis, lacris, pontificum collegium docere sonari: aut tam stultum, quam, si quis quid in vestris libris invenerit, id narrare vobis: aut tam curiosum, quam ea scire vellet, de quibus majores nostri vos solos & consulti, & scire voluerunt? Nego potuisse jure publico, legibus iis, quibus haec civitas utitur, quemquam civem ulla ejusmodi calamitate affici, sine iudicio: hoc juris in hac civitate, etiam tum, cum reges essent, dico fuisse: hoc nobis esse à majoribus traditum: hoc esse denique proprium liberae civitatis, ut nihil de capite civis, aut de bonis, sine iudicio senatus, aut populi, aut eorum, qui de quaque re constituti iudices sint, detrahi possit. 2. Videline me non radicitus evellere omnes actiones tuas? neque illud agere, quod apertum est, te omnino nihil gessisse jure, non fuisse tribunum pleb.? 3. hoc dico, esse patricium: dico apud pontifices: augures adfuit: versor in medio jure publico. Quod est pontifices, qui adoptionem? nempe ut is adoptet, qui neque procreare jam liberos possit, & cum potuerit, sit expertus. Quae deinde causa cuique sit adoptionis, quae ratio generum, ac dignitatis, quae factorum, quae à Pontificum collegio solet. Quid est horum in ista adoptione qua situm? Adoptat annos viginti natus, etiam minor, senatorem. Libetorumne causa? At procreare potest, habet uxorem: 4. fuit, epi etiam liberos: ex hereditate igitur pater filium. Quid? sacra Clodiae gentis cur intereat, quod in te est? quae omnis notio pontificum, cum adoptare, esse debuit. Nisi forte ex te ita quaesitum est, nam perturbare rempub. eam seditionibus velles: & ob eam causam 5. adoptari, non ut filius esses, sed ut tribunus plebis fieres, & funditus everteres civitatem. Respondisti, credo, te ita velle. Pontificibus bona causa visa est: approbaverunt, non avarae ejus, qui adoptabat, qua sita est, ut in Cn. Aufidio, M. Puppio: quorum uterque nostra memoria, summa senectute, alter Orestem, alter Pisonem adoptavit, quas adoptiones, sicut alias innumerabiles hereditates nominis, pecuniarumque sacrarum securae sunt. Tu neque Fontejas es, qui esse debebas: neque patris heres: neque amissis sacris paternis, in hac adoptiva venisti. Ita perturbatis sacris, contaminatis gentibus, & quam deseruisti & quam pol্লাisti, jure Quintum legitimo tutelatum, & hereditatum relicto, factus es ejus filius contra fas, cuius per aetatem pater esse potuisti. Dico apud pontifices, nego, istam adoptionem pontificio jure esse factam:

primum, quod haec vestra sint aetates, ut is, qui te adoptavit, vel filii tibi loco per aetatem esse poterit: 6. vel eo quod fuit, deinde quod causa quaerit soleat adoptandi, ut & is adoptet, qui, quod natura jam assequi non potest, & legitimo, & pontificio jure quaerat: & ita adoptet, ut nequid aut de dignitate generum, aut de sacrorum religione minuatur, illud in primis, nequa calumnia, nequa fraus, neque quis dolus adhibeatur: 7. ut haec simulata adoptio filii, quam maxime veritatem illam suscipiendorum liberorum imitata esse videatur. Quae major calumnia est, quam & venire imberbum adolescentulum, bene valentem, & matrum: dicere, filium senatorem populi Romani sibi velle adoptare: id autem scire, & videre omnes, non ut ille filius institueretur, sed ut & patricius exeat, & tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari? neque id obscurum, nam adoptionem emancipari statim, ne sit ejus filius, qui adoptarit. 9. Cur ergo adoptatur? probate genus adoptionis. Jam omnium sacra interierint, quorum custodes vos esse debetis, patricius nemo relinquatur, cur enim quisquam vellet tribunum plebis fieri non licere? angustiorum sibi esse petitionem consulatus? in sacerdotium cum possit venire, quia patricio non sit locus, non venire? Ut curque aliquid acciderit, quare commodius sit esse plebeum, simili ratione adoptabitur. Ita populus Romanus brevi tempore, neque regem sacrorum, neque flamines, nec salios habebit, nec ex parte dimidia reliquos sacerdotes: neque auctores centuriatorum, & curiatorum constitutum: auspiciamque populi Romani, si magistratus patricii creati non sint, intereat necesse est, cum interrex nullus sit, quod & ipsum, patricium esse, & à patricio prodi necesse est. Dixi apud pontifices, istam adoptionem nullo decreto hujus collegii probatam, contra omne pontificum jus factam, pro nihilo esse habendam: qua sublata, intellegitur, totum tribunatum tuum concidisse. Venio ad augures. quorum ego libros, si qui sunt reconditi, non serutor: non sem in exquirendo jure augurum curiosus, haec, quae una cum populo didici, quae saepe in concionibus responsa sunt novi. Negant las esse agnam populo, cum de caelo servatum sit. Quo die de te lex curiata lata esse dicatur, audes negare de caelo esse servatum? Adest praefens vir singulari virtute, constantia, gravitate praeditus, M. Bibulus, hunc consulem illo ipso die contendo servasse de caelo. Infirmus sunt igitur, tua sententia, acta C. Caesaris, viri fortissimi? Minime, neque enim mea jam quidquam interest, exceptis his telis, quae ex illius actionibus in meum corpus immissa sunt. Sed haec de auspiciis, quae ego nunc peibreviter attingo, acta sunt à te. tu, tuo participante jam, & debilitato tribunatu, auspiciorum patronus subito existiisti: tu M. Bibulum in concionem, tu augures produxisti, te interrogante augures responderunt, cum de caelo servatum sit, cum populo agi non posse. tibi M. Bibulum legitimo tutelatum, & hereditatum relicto, factus es ejus filius contra fas, cuius per aetatem pater esse potuisti. Dico apud pontifices, nego, istam adoptionem pontificio jure esse factam: denique

1. Pontificum aut de reipub. quam sum. (Cicero.) Locus minime integer nam iudicio veteri & Pall. pontificum aut de rep. co. inquam neque aliter S. V. Et. quom quod 11. pontifices, quod etiam in nono. adeo ut videatur rel. E. bendum cum Gualterio. aut de religione pontificum aut de reipub. civit. sententia simillima illi quam in initio statim libri posuit.
 2. Videtur me non radicitus. (Cicero.) Lambinus tulit negativam, no. leantibus libris: & statim pro neque illud, rel. scribit, me illud, non male si licet auctori adingere quod libet.
 3. Haec dico esse patricium. Placet magis quod habet Pal. nonus, esse patricium, electo illo, hoc dicit.
 4. (Cicero) istam libris, exhereditatis. B. veritatem Pal. O. exhereditatis, quod responder priorum clausulae quae iam en sic habetur in Pal. nono atque Erbura, suscipit ex. 14. Liberos, quod forsitan verus.
 5. Auspiciamque populi Romani. S. V. V. & Pal. nonus, optari, non ut e. que filius esset, forsitan rectius.
 6. Vel eo quod fuit. Quadrangulam haec verborum redono Cicero.

1. anis, auctoritate omnium liberorum, antiquitus editorum ac m. n. n. quod illi habebant: quod, & significat sane ibi, loco Ganymedis fuisse Claudio Fonteynum.
 2. Ut haec simulata adoptio filii. Pal. nonus & Gembl. adit. S. Victoris adit. 4. quod esse aditio utramque praepositionem vulgato.
 3. Venit inchoatum. Ita lauda. Cur sus. tro: non ut ho. e. vulgato: inchoatum, id est an de hoc loco Tullii sentit necio: itaque videt: Lambinus, an illud hoc potius, ut inchoatum dicitur.
 4. Cur ergo adoptatur. Videtur à glossa. certe n. h. l. habent quae firment sententiam: var. antequam libri, nam Pal. nonus legit adoptatur à S. Vict. adoptatur. ce. cr. adoptat.
 5. In populo Rom. Recentiores itaque, sed praeter aetatis praesentem editiones, omnes quoniam h.
 6. Insuper jam legitur tua sententia, alla C. Caesaris. Vox sententia, non est à libro: veritatem est, quae p. t. n. s. n. o. i. s. i. t. u. e. v. i. d. e. n. u. m. t. o. l. e. n. d. u. m. v. e. n. i. a. t. p. r. o. n. o. m. e. n. i. s. u. s. a. n. a. l. i. u. d. q. u. i. d. s. u. b. e. o. l. a. t. e. a. t.

denique omnis actio posterioribus mensibus fuit: omnia, quae C. Caesar egisset, quae contra auspicia essent acta, per senatum rescindi oportere. quod si fieret, dicebas te tuis humeris me custodem urbis in urbem relaturum. Videre hominis amentiam, ubi per suum tribunatum Caesaris actis illigatus teneretur. Si & sacrorum iure pontifices, & auspicio rum religione augures totum evertunt tribunatum tuum, quid quæris amplius? an etiam apertiùs aliquid ius populi, atque legum? Hora fortasse sexta diei questus sum in iudicio, cum C. Antonium, collegam meum defenderem, quaedam de republica, quæ mihi visa sunt, ad quosdam viros fortes longe aliter, atque à me dicta erant, detulerunt. Hora nona, illo ipse die, tu es adoptatus. Si, quod in ceteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est, trinum esse korarum: nihil reprehendo. sin eadem observanda sunt, decrevit senatus, M. Drusi legibus, QUÆ CONTRA legem Cæciliam, & Didiam latae essent, populum non teneri. Jam intelligis, omni genere juris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum plebis non fuisse? Atque ego hoc totum non sine causa relinquo. Video enim quosdam clarissimos viros, principes civitatis, aliquot locis iudicasse, te cum plebe iure agere potuisse: qui etiam de me ipso, cum tua rogatione finire elatum rempob. esse dicerent, tamen id minus, nisi miserum, atque acerbum fuisset, iure indictam esse dicebant. quod de me civi, ac de repub. bene merito tulisses, funestum sanus te indixisse reipublicæ: quod falsis auspiciis tulisses, iure egisse dicebant. Quare licebit, ut opinor, nobis eas actiones non infirmare, quibus illi actionibus constitutum tribunatum tuum compro- baverunt. Fuereis sanè tribunus plebis tam iure, quam lege, quam fuit hic ipse. Nullus, vir omnibus rebus clarissimus, atque amplissimus: quo iure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite civis indomati tulisti? Vetant leges sacratæ, vetant XII. tabulæ, 2 leges privatis hominibus irrogari: id est enim privilegium, nemo unquam tulit: nihil est crudelius, nihil perniciosius, nihil, quod minus hæc civitas ferre possit. Proscriptionis miserimum nomen illud, & omnis acerbitas Sullani temporis, quid habet, quod maxime sit insigne ad memoriam crudelitatis? opinor, pœnam in cives Romanos nominatim sine iudicio constitutam. Hanc vos igitur, pontifices, iudicio, atque auctoritate vestra tribuno plebis potestatem dabitis, ut proferre possit, quos velit? quæto enim, quid sit aliud proferre. VELITIS, IUBEATIS, UT M. TULLIUS IN CIVITATE NE SIT, BONAQUE EIUS UT MEA SINT. Ita enim fecit, etsi alius verbi tulit. Hoc plebeis factum est? hæc lex? hæc rogatio est? hoc vos pati potestis? hoc ferre civitas, ut singuli cives singulis versuculis e civitate tollantur? Equidem jam perfunctus sum: nullam vim, nullam impetum metuo: explevi animos invidorum: placavi odia improborum: saturavi animi perfidiam, & scelus proditorum: denique de mea causa, quæ videbatur perditis civibus ad invidiam esse proposita, iam omnes urbes, omnes ordines, omnes dii, atque homines

judicaverunt. Vobismetipsi, & vestris liberis, ceterisque civibus, pro vestra auctoritate, & sapientia consulere debetis. nam, cum tam moderata iudicia populi sine à maioribus constituta; primum, ut ne pœna capitis cum pecunia conjungatur: deinde 3 ne, nisi prodicta die, quam multam irroget, aut iudicet: quanta sit accusatio trinum nundinum prodicta die, qua die iudicium sit futurum: tum multa etiam ad placandum, atque ad misericordiam res concessa sunt: deinde exorabilis populus, facilis suffragatio pro salute: denique etiam si qua res illum diem aut auspiciis, aut excitatione sustulit, tota causa iudiciumque sublatum est. Hæc cum ita sint in re, ubi crimen est? ubi accusator? ubi testes? Quid indignius, quam, qui neque adesse sit iustus, neque citatus, neque accusatus, de ejus capite, liberis, fortunis omnibus, conductos, & sicarios, egentes, & perditos suffragium ferre, & eam legem putare? At, si hoc de me potuit, quem honos, quem dignitas, quem causa, quem respublica tuebatur, quem denique pecunia non expetebatur, cui nihil oberat præter conversionem status, & inclinationem communium temporum: quid tandem futurum est iis, quorum vita remota ab honore populari, & ab hac illustri gratia est: pecuniaz autem tantæ sunt, ut eas nimium multi, egentes, sumptuosi, nobiles concupiscant? Date hanc tribuno plebis licentiam, & intuemini paulisper animis juventutem, & eos maxime, qui imminere jam cupiditate videntur in tribunatiam potestatem: collegia, medius fidius, tribunorum plebis tota reperientur, hoc iure firmato, quæ coeant de hominum locupletissimorum bonis, præda præsertim populari, & spe largitionis oblata. At quid tulit legum scriptor peritus, & callidus? VELITIS, IUBEATIS, UT M. TULLIO AQUA, & IGNI INTERDICATUR? crudele, nefarium, ne in iceleratissimo quidem civi sine iudicio ferendum. Non tulit ut interdicaretur. quid ergo? ut interdicitum sit. O cœnum, ô portentum, ô scelus! hanc tibi legem Clodius scripsit, & spurciorem lingua sua, ut interdicitum sit, cui non sit interdicitum? Sexte noster & bona venia, quoniam jam dialecticus, & hoc quoque ligutris: quod factum non est, ut sit factum, ferri ad populum, aut verbis ullis sanciri, aut suffragiis confirmari potest? Hoc tu scriptore, hoc consiliario, hoc ministro, omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimo, rempublicam perdidisti: neque tu eras tam excors, tamque demens, ut nescires hunc Clodium esse, qui contra leges faceret, alios, qui leges scribere solebant, sed neque eorum, neque ceterorum, in quibus esset, aliquid modestiæ, cujusquam tibi potestas fuit: neque tu legum scriptoribus iisdem potuisti uti, quibus ceteri, neque operum architectis: neque pontificem adhibere, quem velles: postremò ne in præda quædam societate mœscipem, aut præda socium, extra tuorum gladiatorum numerum: 7 aut denique suffragii latorem in ista tua proscriptione quemquam, nisi forem, aut scarium, reperire potuisti. Itaque cum tu florens ac potens & per medium forum popularis volitares: amici illi tui, te

ii 3 une

1. Hora fortasse sexta diei. Fortasse est, circiter, plus minus: nihil auctoribus vulgatum, & tamen ecce, Lambinus præter libros emendatos, hæc dicitur sexta.

2. Leges privatis hominibus irrogari. Male Lambinus privatas, melius Scaliger Iosephus apud Festum in Privata, privata hominibus, sequentia enim ita legendum clarè evincunt.

3. Ne nisi prodicta die. N. Coriana, ad ista quod eodem redit, etiam veteres edidit, & Pall. plures, ut prodicta die, nonus solum, deinde prodicta die, S. Vict. ut in prodicta die.

4. Vobis autem magistratus accersit. Lambinus, mag. ceteri, tanquam id ratio & veritas probet, contra omnes libros, deoque inepte. Ad Nepos equidistans ut ante mag. accersit, nimis profecto licentiosè, sed cum Augustus tribulo nihil res fuerit, si veterum prodixerit, fatuus correctio-

nes omnes.

5. Spurciorem lingua sua. Offendi in aliquot mss. spurciorem, quod antiquariis fortè non displicebit.

6. Bona venia. Quoniam tam dialecticus, & hoc quoque ligutris. Ita Palatini sex, non ut vulgatur bona venia, dicuntur in illis, & hoc quoque ligutris, & vero binas illas voculas esse à Critico, prolatas & ead. primæ, quæ eas non habent.

7. Aut antiqui suffragii latorem. Pal. bonus suffragiorum, unde adhibend. ut script. o. codicis S. V. Ceteri suffragii latorem.

8. Per medium forum popularis volitares. Lecto minus vera, nam Pall. & S. Victor. per medium forum populare volitares, quod admittit Lambinus, sed præterea recepit illud forum, præter illos libros, nam & editi veteres per medium forum popularis volitares.

7. Novi-

uno amico testi, & beati, qui se populo commiserant ita repellentur, ut etiam Palatinam tuam perderent, qui in iudicium venerant: sive accusatores erant: sive rei: te deprecante damnabantur, denique etiam ille novitius Ligur, venalis adscriptor, & subscriptor tuus cum M. Papirii sui fratris esset testamento, & iudicio improbarus, mortem ejus se velle persequi dixit: nomen Sexti Properitii detulit, accusare alienam damnationis, celerisque socios, propter *calumniam* factum, non est ausus. De hac igitur lege dicimus, quae jure rogata videatur: cujus quam quisque partem tetigit, digito, voce, praeda, suffragio: quocumque venit, repudiatus, convictusque discessit. Quid, si in verbis scripta est ista proscriptio, ut se ipsa dissolvat? est enim, **QUOD M. TULLIUS FALSUM SENATUS CONSULTUM RETULERIT.** Si igitur retulit falsum senatus consultum, tum est rogatio: si non retulit, nulla est. Satisne tibi videtur à senatu iudicatum, me non modò non ementitum esse auctoritatem ejus ordinis, sed etiam unum post urbem conditam dignitissimè senatui paruisse? Quot modis doceo, legem istam, quam vocas, non esse legem? Quid, si etiam pluribus de rebus *uno senatu* retulisti? tamenne arbitraris, id, quod M. Drusus in legibus suis plerisque, bonus ille vir, M. Scaurus, & L. Crassus consularis non obtinuerunt, id te posse, omnium facinorum, & stuprorum omnium Decumis, & Clodii auctoribus obtinere? Tulisti de me, ne reciperet, non ut exirem: quem tu ipse non poterat dicere non licere esse Romae. Quid enim diceret: damnatum est scriptum, ut exirem? poena est, qui *recepit*: quam omnes neglexerunt, ejectio nusquam est. Verum sit, quid? operum publicorum exactio, quid? nominis inscriptio, tibi num aliud videtur esse, ac meorum bonorum *diruptio*: praeterquam quòd ne id quidem per legem Liciniam, ut ipse tibi curationem ferres, facere potuisti? Quid hoc ipsum, quod nunc apud pontifices agis, te meam domum consecrassè, te monumentum fecissè, in meis aedibus te signum dedicassè, eaque te ex una *rogatione* fecissè: unam, & idem videtur esse, atque id, quod de me ipso nominatim tulisti? Tam hercule est unum, quam quòd idem tu lege una tulisti: ut Cyprius Rex, cujus majores huic populo socii, atque amici semper fuerunt, cum bonis omnibus sub praecone subiceretur, & exsules Byzantiura reducerentur. Eidem, inquit, utraque de re negotium dedi. sed quid, si eidem negotium dedisses, ut in Asia Cistophorum flagitaret, inde iret in Hispaniam: cum Roma decessisset, consularum ei petere liceret: cum factus esset, provinciam Syriam obtineret? quoniam de uno homine scriberes, una res esset? Quòd si jam populus Romanus de ista re *consultus* esset, & non omnia per servos, latronesque gessisses, nonne fieri poterat, ut populo de Cyprio rege placeret, de exsilibus Byzantinis displiceret? Quae est quasi alia vis, quae sententia Caecilii legis, & Didiae, nisi haec, ne populo necesse sit in *conjunctis rebus* compluribus, aut id, quod nolit, accipere, aut id, quod velit, repudiare? Quid, si per vim tulisti? tamenne lex est? aut quidquam jure gestum videri potest, quod per vim gestum esse constet? an, si in ipsa latione tua, capta jam urbe, lapides jacti, si manus collata

non esset, idcirco tu ad illam labem, atque eluivem civitatis sine summa vi pervenire potuisti? Cum in tribunali Aurelio conscriberes: palam non modò liberos sed etiam servos, ex omnibus vicis concitatos, yam tum videlicet non parabas, cum ediculis tuis *tabernas claudis* jubebas; non vim imperita multitudine: sed hominum honestorum modestiam, prudentiamque quaerebas. cum arma in aedem Castoris comportabas, nihil aliud, nisi uti ne quid per vim agi posset, machinabare. Cum verò gradus Castoris convellisti, ac removisti: tum, ut modeste tibi agere liceret, homines audaces ab ejus templi aditu, atque adscensu repulisti, cum eos, qui in conventu virorum bonorum verba de salute mea fecerant, ad se jussisti, eorumque advocacionem, manibus, ferro, lapidibus discessisti: tum profecto ostendisti, vim tibi maximè displicere. Verum haec furiosus vesanus tribuni plebis facile superari, frangique potuit virorum bonorum vel virtute, vel multitudine. Quid? cum Gabinio Syria dabatur, Macedonia Pisoni, utriusque infinitum imperium, ingens pecunia, ut tibi omnia permitterent, te adjuvarent, tibi manum copias, tibi tuos paratos centuriones, tibi pecunias, tibi familias compararent: te suis sceleratis concionibus sublevarent, senatus auctoritatem irriterent, equitibus Romanis mortem, proscriptionemque minitarentur: me terrent minis: mihi eadem & dimicationem denuntiarent: meam domum, refertam viris bonis, & per amicos suos compleverunt: proscriptionis metum me frequentia nudarent virorum bonorum, me praesidio spoliarent: senatum pro me non modò pugnare, amplissimum ordinem; sed etiam plerique, & supplicare, mutata veste, prohiberent: ne tum quidem *vis* erat? Quid igitur ego gessi, aut qui timor fuit? non dicam in me: fac me timidum esse natura: quid? illa tot virorum fortissimorum millia: quid? nostri equites Romani: quid? senatus: quid? denique omnes boni, si nulla erat vis, cur me stentis potius persecuti sunt, quam aut increpantes retinuerunt, aut irati reliquerunt? An hoc timebam, si mecum ageretur *more, infestitateque majorum*, ut possem praesens sustinere? Utrum si de ista esset iudicium mihi fuit perimendum: an sine iudicio privilegium? iudicium in causa tam turpi? scilicet is homo sum, qui etiam si causa esset ignota, didendo non possem explicare, an eam causam probare non poteram, cujus tanta bonitas est, ut ea ipsa non modò se, sed etiam *me absentem* probaret? an senatus, an ordines, qui cuncta ex Italia ad merevocandum convolaverunt, legniores me praesente ad me retinendum, & conservandum fuissent in ea causa, quam ipse jam patricia talem dicit fuisse, ut me ab omnibus ad meam pristinam dignitatem expectatum, atque revocatum quaeratur? An verò in iudicio periculi nihil fuit: privilegium peritum, ne mihi praesenti si multa irrogaretur, nemo intercederet? Tam inops, autem ego eram ab *amicis*, aut tam nuda respublica à magistratibus? Quid? si vocata tribus essent, proscriptionem non dicam in me, ira de sua salute merito, sed omnino in ullo civi comprobavissent? An, si ego praesens fuisset, veteres illa copia conjuratorum, tuique perditii milites, atque egerentes, & nova vis sceleratissimorum consulum corpori meo pepercissent? qui cum eorum omnium crudelitati, scelerique cessavissent,

1. *Novitius Ligur.* Nihilò pejus Gemblac Palnonus, *ligur*, quae terminatione & alibi usus.

2. *M. Drusus in legibus suis plerisque bonis ille vir, M. Scaurus & L. Crassus consulari ut obtinuerunt.* Examine quoque critica ratio scriptoriam hanc Pal. pr. & loc. *vis* plerique in bonis ille vir M. Scaurus & L. Crassus Cons. non obtinuerunt, sensus sane inde relucet egregius: reformato *vis* in *vis*, *re* et quoque *vis*, ut bina faciat legum genera Drusi, bona & mala ne in bonis quidem inquit obtinuit quae voluit, anno quo consul erat Scaurus, anno quo Crassus. In sp. xi obiter Fastos, sed nihil statim ulterò occurrat.

3. *Tibi sunt speratae emendationes, &c.* Est à Gemblacensi S. Vlct. &

Pal nono, fateturque eod. modo scriptum in suis Lambinus, qui ridicule inde facit *speratores*, eos enim innuit quos se in Syriam educturum sperabat, aves concoleris scilicet.

4. *Per amicos suos compleverunt.* Vti ferret, quod de domo Ancii, ut dispari plane habitaretur domino, ego nihil muro, securus mff. Pall. meliores.

5. *Quid? nostri equites Romani.* Haud aliter quoque S. V. G. & Pall. primores, recepta lectio, quod si illi equi, illi equites Romani, ridicule praeter edd. vet.

6. *Sed etiam me absentem probaret.* Valgò amplius *absentem* per se prob. quae vocatur abjeci suaui Pal. non. alia haec molitur Lambinus, sed sine mff. mifer.

issem, ne absens quidem lectu meo mentes illorum *satiare* potui. Quid enim vos uxor mea misera violat? quam vexavistis, raptavistis, omni crudelitate laceravistis quid mea filia? cuius fletus assiduus, sordesque lugubres, vobis erant jucunda, ceterorum omnium mentes, oculos que flebant: quid parvus filius quem, quamdiu abfui, nemo nisi lacrymantem, confectumque vidit: quid fecerat, quod eum tortes per insidias interficere voluistis? Quid frater meus? qui cum aliquanto post meum discessum ex provincia venisset, neque sibi vivendum, nisi me restituro, putaret, cum ejus moeror, squalor incredibilis, & inauditus, omnibus mortalibus miserabilis videretur: quoties ex vestro ferro, ac manibus est elapsus? Sed quid ego vestram crudelitatem expromo, quam in ipsum me, ac meos adhibuistis: i qui *parietibus*, qui tectis, qui columnis, ac postibus meis 2 horrificum quoddam, & nefarium, omni imbutum odio bellum intulistis? non enim te arbitror, cum post meum discessum, omnium locu pletum torturas, omnium provinciarum fructus, tetrare charum, ac regum bona, spe & avaritia de vorasset: argenti, & suppellectilis meae cupiditate esse coactum: non existimo. Campanum illum consulem cum satatore collega, cum alteri totam Achaiam, Thessaliam, Boeotiam, Graeciam, Macedoniam, omnemque Barbariam, bona civium Romanorum condonasset: alteri Syriam, Babylonem, Persas, integerrimas, pacatissimasque gentes ad diripiendum tradidisset: illos tam cupidos liminum meorum, & columnarum, & valvarum fuisse. Neque porro illa manus, copioque Catilinae, 3 camentis, ac testis rectorum meorum se famem suam expleturas putaverunt. Sed, ut hostium urbes, 4 nec omnium hostium, verum eorum, 5 quibuscum acerbum bellum, intestinumque suscepimus, non praeda adducti, sed odio & solemus excipere, quod, in quos propter eorum crudelitatem inflammata mentes nostrae fuerunt, cum horum etiam tectis, ac sedibus retidere aliquando bellum semper videtur: * * Nihil erat latum de me; non adesse eram jussus; 7 non citatus, abfueram: eam etiam tuo iudicio civis incolumis, cum domus in Palatio, villa in Tusculano, altera ad alterum consulem, transferebatur: 8 senatus consulta volabant: columnae marmoreae ex aedibus meis, inspestante populo Romano, 9 ad soecum consulis portabantur: in fundum autem vicini consulis 10 non intrumentum, aut ornamenta villae, sed etiam arbores transferebantur: eum ipsa villa non praeda cupiditate (quid enim erat praeda?) sed odio, & crudelitate funditus everteretur. domus ardebat in palatio non fortuito, sed oblatio incendio: consules epulabantur, & in conjuratorum gratulatione versabantur, cum alter se Catilinae delicias, alter Cethegi consobrinum fuisse diceret. Hanc ego vim, pontifices, hoc scelus, hunc furorem meo cor-

pore opposito, ab omnium honorum cervicibus depuli, omnemque impetum discordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quae inveterata & compresso odio, atque tacito, jam erumpebat, 11 nocta tam audaces duces, excepti meo corpore, in me uno consulares faces iacta manibus tribunitiis: in me omnia, quae ego quondam reuderam, conjurationis nefaria rela adhaerunt. Quod si, ut multis fortissimis viris placuit, vi & armis contra vim decetare voluissem: aut *viscessem* cum magna internicione improborum, sed tamen civium: aut, interfecisse bonis omnibus, quod illis optatissimum erat, unam cum republica *concidissem*. Videbam, vivo senatu, populoque Romano celetem mihi summa cum dignitate reatum: nec intelligebam fieri ditius posse, ut mihi non liceret esse in ea republica, quam ipse servassem. quod si non liceret; audieram, & legeram, clarissimos nostrae civitatis viros, se in medios hostes ad perspicuam mortem pro salute exercitus iniecisse. ego pro salute rei publicae univera 12 dubitatem hoc meliore conditione esse, quam Decii? quod illi ne auditores quidem suae gloriae, ego etiam spectator meae laudis esse potuissem. 13 Itaque infractus furor tuus, inanes faciebat impetus. omnem enim vim omnium sceleratorum acerbitas mei casus exceperat. non erat in tam immani injuria, tantisque ruinis novae crudelitatis locus. 14 Cato fuerat proximus, quid ageres? non erat, ut qui modus moribus fuerat, idem esset injuria: quid? posses extrudere ad Cypriam pecuniam, praeda perierit alia non deerit: hunc modo amandandum esse. Sic M. Cato, in visus, quasi per beneficium, Cyprium relegatur. ejiciuntur duo, quos improbi videre non poterant: alter per honorem turpissimum; alter per honestissimam calamitatem. Atque ut sciam, non hominibus istum, sed virtutibus hostem semper fuisse: me expulso, Catone amandato, in eum ipsum se convertit, quo auctore, quo adjutore, in concionibus, ea, quae gerebat, omnia, quaeque gesserat, 15 se fecisse, & facere dicebat. Cn. Pompejum, quem omnium iudicio longe principem esse civitatis videbat, ditius furori suo veniam daturum non arbitrabatur. qui ex ejus custodia, per insidias regis amici Mium, hostem, captivum, surripuisset, & ea in injuria virum fortissimum lacerasset: speravit isdem se copis cum illo posse configere, quibuscum ego noluissem, honorum periculo, dimicare: & primo quidem, adjutoribus consulibus: postea fregit foedus Gabinus; Piso tamen in fide mansit. Quas iste tum caedes, quas lapidationes, quas fugas fecerit: quam facile ferro, quotidianisque insidiis, cum jam a firmissimo robore copiarum suarum relictus esset, Cn. Pompejum foris, curiaque privatim, domumque conjecerit, vidistis, ex quo judicare potestis, quanta vis illa fuerit oriens, & congregata, cum haec Cn. Pompejum terruerit jam distracta, & extincta.

I i 4 Hoc

1. Qui parietibus, qui tectis, &c.) S. Victoris praemittit, hic qui parietibus. Videndum, an sub aspectum Oratoris cadere poterat aliquid suorum, eo loci ubi perorabat.
 2. Horrificum quoddam.) S. Vict. Pal. nonus ad oram primi, horrificum, quod nollim mutare cum Lambino in aliud quid, si praecedere debet vulgatum.
 3. Camentis ac testis rectorum meorum.) Vetus editio habebat testis itaque recepti testis: quod erat in Pal. nono, in Erfard. in S. Victoris. recentius cuncti substituerunt regulas quod in nullo est Pall. qui mediam ostentant lectionem.
 4. Nec omnium hostium.) Forte legendum nec omnium hostium, quod restat in Pal. nono, admittit praeter altera scriptura, sic nec omnium hostium vel hostium, &c.
 5. Quibuscum acerbum bellum intestinumque.) Vox intestinumque non agnoscit idem nonus, habetque quicquam, utramque placet.
 6. Solum excipere.) Reposui quod erat in omn. Pall. & edd. vett. Vulgata excipere. Lambinus excipere.
 7. Non citatus, abfueram.) Sic distingendum ac legendum ex S. Victoris: in quo agitur, quod ab aliis male mutatum in, abfueram, quomodo edd. vett. & mss. plerumque, recentiores enim, non citatus fueram.
 8. Senatus consulta volabant.) Ex his quod erat in Erfard. neque abbit Pal. nonus, quam quod is Senatus consulerant. Pall. alii, Senatus consuler

verabant, vetuste cuncti, Senatus consules verabant, posteriori, Senatus Consules verabant.
 9. Ad scerum Consule.) Lambinus, scerum: nescio quam vere, certe foci hujus supra meminit cap. 9.
 10. Non instrumentum aut ornamenta.) Ita ad unum omnes Pall. S. Vict. edd. antiquae, nam multae; non modo instrumentum.
 11. Nulla iam audacia dicit.) Emendatio manavit à Mureto libro vt. Var. lect. c. 19. nec recedit Pal. nonus, quam quod is, nullam audacia dicit, Vulgata, in alium tam audacia dicit.
 12. Dubitarem hoc meliore conditione esse quam Decii?) Distinctio à me est. Lambinus non se: Xpedir sine mutatione vocis.
 13. Ita me infractus furor tuus inania faciebat impetus.) Sic Pall. omnia, sententia non incommoda, sed cum in veccima extiteret ed. furti inu. immanis faciebat ipse impetus, mutabat id Gulielmus 10, satis scilicet ipse impetus.
 14. Cato fuerat proximus, &c.) Adhaesimus mss. nostris Pall. quibus paria fore faciebant vetustius cuncta exemplaria, Lambinus multa admiscuit quorum nihil existat in nostris. sed & Henrici Stephani mss. mih. haec unum quam suspectus est.
 15. Se fecisse & facere à Pal. nonus & S. Vict. liber, se fecisse, facit inde Gulielmus se & fecisse, & facere.

Hoc vidit in sententia 1. dicenda Kalendis Januariis vir prudentissimus, & cum republica, tum mihi, tum etiam veritari amicissimus, L. Cotta, qui legem de meo reditu ferendam non censuit: qui me consuluisse reipubl. cessisse *temporari*: amiciorem vobis, ceterisque civibus, quam mihi, ac meis existitisse: vi, armis, dissensione hominum ad eadem instituta, novoque dominatu pulsum esse dixit: nihil de meo capite potuisse ferri: 2. nihil esse inscriptum, aut posse valere: omnia contra leges, moreque majorum temere, turbulente, per vim, per furorem esse gesta. quod si illa lex esset, nec referre ad senatum consules, nec sententiam dicere sibi licere: quorum utrumque cum fieret, non oportere, ut de me lex ferretur, deceat: ne illa, quae nulla esset, esse lex judicaretur. Sententia verior, gravior, utilior, melior republicae nulla esse potuit hominis enim scelere, & furore notato, similis à Republica labe in posterum demovebatur. Neque hoc Cn. Pompejus, qui ornatissimam de me sententiam dixit, vosque, pontifices, qui me vestris sententiis, auctoritatibusque defendistis, non vidistis, illam esse nullam, atque esse potius *flammam temporis*, interdictum sceleris, vocem furoris: sed prope xistis, nequa popularis in vos aliquando invidia redanderet, si sine populi iudicio restituti videremur. eodemque consilio, M. Bibuli, fortissimi viri, senatus sententiam secutus est, ut vos de mea domo statueretis: non quod dubitaret, quin ab illo nihil legibus, nihil religionibus, nihil iure esset actum: sed ne quis oriretur aliquando in tanta *ubertate* improborum, qui in meis aedibus aliquam religionem residere diceret. nam legem quidem istam, nullam esse, quotiescunque de me senatus sententiam dixit, toties iudicavit: quoniam quidem scripto illo iustus, sententiam dicere vetabatur. Atque hanc rem par illud simile, Piso, & Gabinus, vidit. Homines legum, iudiciorumque metuentes, cum frequentissimus senatus eos, ut de me referrent, quotidie flagitaret, non se rem improbare dicebant, sed *lege istius* impediri. Erat hoc verum. nam impediabantur, verum ea lege, quam idem iste de Macedonia, Syriaque tulerat. Hanc tu P. Lentule, neque privatus, neque consul legem esse unquam putasti. nam tribunis plebis referentibus, sententiam de me designatus consul sepe dixisti: ex Kalendis Januariis, quoad perfecta res est, de me retulisti, legem promulgasti, tulisti: quorum tibi, si esset illa lex, nihil liceret. At etiam Qu. Metellus collega tuus, vir clarissimus, quam legem esse homines alienissimi à P. Clodio, iudicabant, Piso & Gabinus, eam nullam esse frater P. Clodii, cum de me ad senatum tecum unquam retulit, iudicavit. Sed isti, qui Clodii leges timuerunt, quemadmodum ceteras observarunt? Senatus quidem, cuius est gravissimum iudicium de iure legum, quotiescunque de me consultus est, toties eam *nullam esse* iudicavit. quod idem tu, Lentule, vidisti in ea lege, quam de me tulisti. nam non est ita latum, ut mihi Romam venire liceret, sed ut venirem, non enim voluisti, id, quod licebat, ferre, ut liceret: sed me ita esse in republica, magis ut arcessitus imperio populi Romani viderer, quam ad administrandam civitatem restitutus. Hunc tu etiam, portentuosam pestis, exsulem appellare ausus es, cum tantis sceleribus esses, & factis notatus, ut omnem locum, quod adisses, exsiliis simillimum redderes? quid est enim *exsul*? ipsam per se nomen, calamitatis non *torpiditatis*. Quando igitur est turpe *pre* vera, quando est

poena peccati: opinione autem hominum, etiam si *ex* poena damnati. Utrum igitur peccato meo exsulis nomen subeo, an re iudicata? Peccato? Im neque tu id dicere audes, quem isti satellites tui *felix* *Castellum* nominant, 3. neque quisquam eorum, qui solebant, non modo iam nemo est tam imperitorius, qui ea, quae gesti in consulatu, peccata esse dicat: sed nemo est tam inimicus patriae, qui non meis consiliis patriam conservari tam esse fateatur. Quod enim est in terris communitantum, tantulumve consilium, quod non de meis reb. gestis ea, quae mihi essent oportissima, & pulcherrima, iudicari? 4. Summum est populi Romani, populorumque, & gentium omnium, ac regum consilium, senatus. decrevit, ut omnes, qui rem publicam salvam esse vellent, ad me unum defendendum venirent: ostenditque, nec stare potuisse rem publicam, si ego non fuisset, nec futuram esse ullam, si non rediissem. Proximus est huic dignitati ordo equester. 5. omnes omnium publicorum societates de meo consulatu, ac de meis reb. gestis amplissima, atque ornatissima *decreta* fecerunt. Scribae, qui nobiscum in rationibus, monumentisque publicis versantur, non obscurum de meis in remp. beneficiis suum iudicium, decretumque esse voluerunt. Nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani (quoniam plebei quoque urbanae majores nostri conventicula, & quasi consilia quaedam esse voluerunt) qui non amplissime non modo de salute mea, sed etiam de dignitate decreverint. Nam quid ego illa divina, atque immortalia municipiorum, & coloniarum, & totius Italiae decreta commemorarem, quibus, tanquam gradibus, mihi videor in caelum ascendisse, non solum in patriam revertissis? Ille verò dies quis fuit, cum te, P. Lentule, legem de me ferentem 7. populus Romanus ipse vidit, sensitque, quantus, & quanta dignitate esses? constat nullis unquam comitiis campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnium generis hominum, atatum, ordinum floruisse. Omitto civitatum, nationum, provinciarum, regum, orbis denique terrarum de meis in omnibus mortales meritis *unum iudicium*, unumque consensum: adventus meus, atque introitus in urbem qui fuit? utrum me patria sic accepit, ut lucem, salutemque reddidit sibi, ac restitutam accipere debuit, an ut *crudeliter* Tyrannum? quod vos Carilinae gregales de me dicere solebatis. Itaque ille unus dies, quod die me populus Romanus à porta in Capitolium, atque in domum sua celebritate, laetitiaque comitatum honestavit, tantæ mihi iucunditati fuit, ut tua mihi concelerata illa vis, non modo non propulsanda, sed etiam *emenda* fuisse videatur. Quare illa calamitas (si ita est appellanda) excussit hoc genus torum maledicti, ne quisquam audeat iam reprehendere consulum meum tot tantis, tam ornatis iudiciis, testimonio, auctoritatibus comprobatum. Quod si in isto tuo maledicto probum non modo mihi nullam obiectas, sed etiam laudem illustras meam: quid te aut fieri aut fingi dementius potest? uno enim maledicto, bis à me patriam servatam esse concedis: semel, cum id feci, quod omnes non negent immortalitati, si fieri potest, mandandum, tu supplicio puniendum putasti: verum, cum tuum, multorumque propter te, inflammatum in bonos omneis impetum, meo corpore excepi, ne eam civitatem, quam servassem inermis, armatus in discrimen adducerem. Esto, non fuit in me poena ulla peccati: at fuit iudicium. Cujus? quis me unquam ulla lege interrogavit? quis postulavit?

1. Dicenda Kal. Januariis. Pal. nonus & Etfurd. dicenda III. Kal. Ianuar. & verum videtur.
2. Nihil esse in scriptum. Potior forsitan scriptura eorundem, prescriptum. nam Lambiniani iure scriptum non est à libris.
3. Neque quisquam eorum qui solebant. S. Vict. & nosher nonus, qui si solebant.
4. Summum est populi Rom. S. Vict. & nosher nonus, qui si solebant.

5. Si ego non fuisset. S. Vict. & nosher nonus, qui si solebant. sed ea non est in S. Vict. aut Pal. nono.
6. Conces omnium publicorum societates. Recepta lectio publicorum, sed praeter Palatios omnes exemplarum S. Vict. Sic Plautus Trovulcento: dicitur publicis, id est qui redemerunt opera publica.
7. Populus Rom. ipse vidit. S. Vict. & nosher nonus, qui si solebant. contra ipse se vidit, prescriptum. S. Vict. sed ita nulli scriptis qui ferre delictum unquam praeter ea illo ipse praescribiturque esse.

fulavit? quis diem dixit? potest igitur damnati poenam sustinere in damnatus? hoc tribumatum est? hoc populare? quamquam ubi tu te popularem, nisi cum pro populo fecisti, potes dicere? Scilicet cum hoc iuris a maioribus proditum sit, ut nemo civis Romanus aut libertatem, aut civitatem possit amittere, nisi ipse auctor factus sit? quod tu ipse potuisti in tua causa discere. credo enim, quamquam in illa adoptione legitime factum est nihil, tamen te esse interrogatum, AVCTORNASSES, ut in te P. Fonteius vita, necisque potestatem haberet, ut in filio. Quare, si aut negasses, aut tacuisses, si tamen id xxx. curiae iussissent, num id iustum esset ratum? certe non. quid ita? quia ius a maioribus nostris, qui non sicut, & fallaciter populares, sed vere, & sapienter fuerunt, ita comparatum est, ut civis Romanus libertatem nemo possit *invitus* amittere. Quinetiam, si decemviri sacramentum in libertatem injustum iudicassent, tamen, quotiescumque vellet quis, in hoc genere solo rem iudicatum referre posse voleverunt. Populitem vero nemo unquam ullo populi iussu amittere *invitus*. Qui civis Romani in colonias Latinas proficiscebantur, fieri non poterant Latini, qui non erant auctores facti, nomenque dederant. qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc civitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quod vertendi, hoc est, mutandi soli causa venerant. id autem ut esset faciendum, non ademptione civitatis, sed testi, & aquae, & ignis interdictione fiebant. Populus Romanus, L. Sulla dictatore ferente, comitiis centuriatis, municipiis civitatem ademit: ademit iidem agris, de agris ratum est: (sunt enim *populi possessus*) de civitate, ne tamdiu quidem valuit, quamdiu illa Sullani temporis arma valuerunt. Hanc vero Volaterranis, cum etiam tum essent in armis, L. Sulla victor, republica recuperata, comitiis centuriatis, civitatem eripere non potuit: hodieque Volaterrani non modo cives, sed etiam optimi cives, fruuntur nobiscum simul hac civitate. Consulari homini P. Clodius, *everta* republica, civitatem adimere potuit, concilio a dvocato, conductis operis non solum egentium, sed etiam servorum, 3. Sedulio principe, qui se illo die confirmavit Romae non fuisse? Quod si non fuit, quid te audacius, 4. qui in eius nomen incidetis? quid desperatius, qui ne *omnino* quidem poteris auctorem adumbrare meliorem? sin autem is primus scivit, quod facite potuit, propter inopiam testi, in foro pernoctans: cur non juret se Gadibus fuisse, cum tu te fuisse Interamnæ probaveris? Hoc tu igitur homo popularis, jure muniam civitatem, & libertatem nostram putas esse oportere, ut, si, tribuno plebis rogante, 5. VELITIS, JVBEBATISNE, Sedulii centum se velle, & *habere* dixerint, possit unusquisque nostrum amittere? Tum igitur majores nostros, populares non fuerunt, qui de civitate, & libertate, ea jura sanxerunt, quae nec vis temporum, 6. nec potentia magistratum, nec res iudicata, nec denique universi populi Rom. potestas, quae ceteris in rebus est maxima, labefactare possit. At tu etiam, ereptor civitatis, legem de injuriis publicis tu listi Anagnino necio cui Menulla, per gratiam, qui tibi ob eam legem statutam in meis aedibus posuit; ut locus ipse in tua tanta injuria legem, & inscriptionem statum reselleret: quae res municipibus Anagninis ornatis nimis multo majori dolori fuit, quam quae idem ille

gladiator scelera Anagninae fecerat. Quid, si 7. ne scriptum quidem unquam est in ista ipsa rogatione, quam se Sedulius negat scripsisse: tu hujus, ut acta tui praecleari tribunatus hominis dignitate cohonestes, *auctoritatem* amplecteris? Sed, tamen nihil de me tulisti, quo minus essem non modo in civium numero, sed etiam in eo loco, in quo me honores populi Romani collocaverunt: tamenne eum tua voce violabis, quem post nefarium scelus consultum superiorum, tot vides iudicis senatus, populi Romani, totius Italiae honestatum? quem ne tum quidem, cum aberam, negare poteris esse tua lege senatorum? Ubi enim tuleras, ut mihi aqua, & igni interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturninus de Merello tulit. homines seditionisissimi de optimis, ac fortissimis civibus non, ut esset interdictionum, quod fieri non poterat, tulerunt, sed ut interdiceretur. Ubi cavilli, ne meo me loco censor in senatum legeret? quod de omnibus, & etiam quibusdam damnatis interdictionum est, scriptum est in legibus. Quare: hoc a Sex. Clodio scriptore legum tuarum: jube adesse: latitat omnino: sed si requiri iusseris, invenient hominem apud forem tuam, occultantem se, capite demisso. Sed si patrem tuum, civem medius fidius egregium, dissimilemque vestri, nemo unquam sanus exulem appellavit, qui cum de eo tribunus plebis promulgasset, adesse propter iniquitatem illius Cinnani temporis noluit, eique impetium est abrogatum: si in illo poena legitima turpitudinem non habuit *propter vim temporum*: in me, cui dies dicta numquam est, qui reus non fui, qui numquam sum a tribuno plebis citatus: damnati poena esse potuit, ea praefertim, quae ne in ipsa quidem rogatione perscripta est. At vide, quid inter sit inter illum iniquissimum patris tui casum, & hanc fortunam, conditionemque nostram. patrem tuum, civem optimum, clarissimi viri filium, qui si viveret, qua severitate fuit, tu profecto non viveres, L. Philippus censor avunculum suum praeterit in recitando senatu. nihil enim poterat dicere, quare rata non essent, quae erant acta in ea republica, in qua se illis ipsis temporibus censorem esse voluisset. me L. Cotta, homo censorius, in senatu juratus dixit, se si censor tum esset, cum ego aberam, meo loco senatorem recitaturum fuisse. Quis in meum locum judicem subdidit? quis meorum amicorum testamentum discessu meo fecit, qui mihi non idem tribuerit, quod & si adesset? qui me non modo cives, sed socius recipere *contra tuam legem*, & jurare dubitavit? Denique universus senatus multo ante quam esset lata lex, de me GRATIAS AGENDAS CENSUIT CIVITATIBUS HIS, QVAE M. TVLLIVM: tantumne? immo etiam CIVEM OPTIME DE REPUBLICA MERITUM RECEPISSET. Et tu ihus pestifer civis, eum restitutum negas esse civem, quem ejectum universus senatus non modo civem, sed etiam egregium civem semper putavit? At vero, ut annales populi Romani, & monumenta vetustatis loquuntur, 9. Casu ille Quintius, & M. Furius Camillus, & M. Servilius Ahala, cum essent optime de republica meriti, tamen populi incitati vim, iracundiamque subierunt: damnati-que comitiis centuriatis cum in exilium profugissent, rursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinam dignitatem restituti. Quod si iis damnatis non modo non imminuit calamitas clarissimi nominis gloriam, sed etiam hone-

Li 5 flavit:

1. Nisi enim pro populo scripsit. Si sequimur scripta exemplaria, tollenda syllaba pra. in nullo enim nostrorum visitur. In antecedenti proxime quaedam addidi, quaedam delevi; sed membranis iidem auctoribus.
 2. Genere solo rem iudicatum referre posse voluerunt. Est a conjectura factum, quam admittit P. Manutius. nam Rom. liber, nem S. Vict. & Pal. nonus, genere forem iud. vulgo, genere se rem iudic. etc.
 3. Sedulio princeps qui se illa die confirmavit. Gembl. & Foring. Fidulio princeps. Quatuor filio, qui se ex. ex quo fingit Gulielmus, & F. sed ego putavi illud filio, natum ex se illa: sane Pal. nonus tantum habet fidulio princeps filio. Ita diem confirmat, & vero Fidulio ille postea recipitur ab omnibus Pall. & S. Vict. ut excludendus hinc non videatur.
 4. Qui in se ipse vinctus incidit. Est rursus a conjectura P. Manu- di-

aut factum. nam edici, qui in ejus nom. incid. Pal. nonus habet. quae si non. inc. reliqui, qui ejus nomen incidit, quod ultimum placere cui possit, ut subintelligeretur, alterum in re, in tabulis arariis, aut simile quod.
 5. Velitis incitatum. Sic pericula eadem mss. Pal. Gemblacen. S. Vict. non re.
 6. Nec pericula magistratum. Adnotatum Gulielmo, forte legerendum impediant.
 7. Ne scriptum quidem unquam est. Fortean, loqui Gulielm. usquam, hoc est, ulla parte privilegii Clodiani.
 8. Etiam quibusdam damnatis. Lambinus quibus damnatis, ex conjectura Petri Fabri, respicit libri nostri.
 9. Casu ille Quintius. Haec aliter Eifurd. atque Pal. tenent. P. Manutius, maluit A. n. vulgato, Censuit ille inepit.

flavit: (nam, ESTI STABILIVS est, cursum vite conficere sine dolore, & sine injuria, tamen ad immortalitatem glorie plus affert desideratum esse à suis civibus, quam omnino numquam esse violatum) mihi sine ullo iudicio populi profecto, tum amplissimis omnium iudiciis restitutum, maledicti locum, aut criminis obtinebit? Fortis, & constans in optima ratione civis, P. Popillius, semper fuit, tamen ejus in omni vita nihil est ad laudem illustrius, quam calamitas ipsa, quis enim jam meminisset, eum bene de republica meritum, nisi & ab improbis expulsus esset, & per bonos restitutus? Qu. Metellii præclarum imperium in te militari fuit, egregia censura, omnis vita plena gravitatis: tamen hujus viri laudem ad sempiternam memoriam temporis calamitas propagavit. Quod si & illis, qui expulsi sunt iniquè, sed tamen legibus reducti, inimicis interfectis, rogationibus tribunitiis, non auctoritate senatus, non comitiis centuriatis, non decretis Italice, non desiderio civitatis inimicorum injuria probro non fuit: in me, qui profectus sum integer, absum simul cum republica, 1. dicam maxima cum dignitate, te vivo, fratre tuo altero consule reducente, 2. altero prætoris petente, tuum scelus, meum probum putas esse oportere? Ac, si in te populus Romanus incitatus iracundia, aut invidia, è civitate eiecisset, ideoque postea mea in temp. beneficia recordatus, se collegisset, temeritatem, atque injuriam suam restitutione mea reprehendisset: tamen profectio nemo tam esset amens, qui mihi populi tale iudicium non dignitati potius, quam dedecori putaret esse oportere. nunc verò, cum me in iudicium populi nemo omnium vocarit: condemnari non poterim, qui accusatus non sim; denique ne expulsus quidem ita sum, ut si contenderem, superare non possem: contraque à populo Rom. semper sim defensus, amplificatus, ornatus: quid est, quare quisquam mihi se ipsa populari ratione anteponat? An tu populum Romanum esse illum putas, qui constat ex iis, qui mercede conducuntur? qui impelluntur, ut vim afferant magistratibus? ut obideant senatum? optent quotidie eadem, incendia, rapinas? quem tu tamen populum, nisi tabernis clausis, frequentare non poteris: cui populo duces Lentidos, Lolios, Sergios præfeceras, O speciem, dignitatemque populi Romani, quam reges, quam nationes extera, quam gentes ultimæ pertimescunt, multitudinem hominum ex feris conductis, ex facinorosis, ex egentibus congregatam! Illa fuit pulchritudo populi Rom. illa forma, quam in campo vidisti tum, cum etiam tibi contra senatus, totiusque Italice auctoritatem, & studium, dicendi potestas fuit. Hic, ille populus est dominus regum, victor, atque imperator omnium gentium, quem illo clarissimo die, scelere, vidisti tum, cum omnes principes civitatis, omnes ordinum, atque ætatum omnium suffragium se non de civis, sed de civitatis salute ferre censebant: cum denique homines in campum non tabernis, sed municipiis clausis venerant. Hoc ego populo, si tum consules aut fuissent in republica, aut omnino non fuissent: nullo labore, tuo præcipiti furor, atque impio scelere restitsem, sed publi-

cam causam contra vim armatam, sine populi præsidio suscipere nolui: non quo mihi P. Scipionis, fortissimi viri, & vis intima privati hominis, displiceret: sed Scipionis factum statim P. Mucius consul, qui in gerenda republica putabatur fuisse segnior gesta, multis senatusconsultis non modo defendit, sed etiam ornavit: mihi aut, te interfecto, cum consulibus: aut, te vivo, & tecum, & cum illi, armis decertandum fuit. Erant eo tempore multa etiam alia metuenda, ad servos mediis fidius res pervenisset, tantum homines impios ex veteri illa conjuratione inustum nefariorum mentibus bonorum odium retinebat. Hic tu me etiam gloriari vetas: negas esse ferendam, quæ solem de me prædicare: & homo factus, inducis etiam sermonem urbani, ac venustum: me dicere solere, esse me Jovem: eundemque dicitare, Minervam esse sororem meam. Non tam insolens sum, quod Jovem esse me dico: quam in eruditus, quod Minervam sororem Jovis esse existimo, sed tamen, ego mihi sororem virginem asisco: tu sororem tuam virginem esse non sivist. Sed vide, & ne tu de deas Jovem dicere, quod tu jure eandem sororem, & uxorem appellare possis. Et quoniam hoc reprehendis, quod solere me dicas de me ipso gloriosius prædicare: quis unquam audivit, cum ego de me, nisi coactus, ac necessitate dicerem? nam si, cum mihi furta, largitiones, libidines obijciuntur, ego respondere soleo, meis consiliis, periculis, laboribus, patriam esse conservatam, non tam sum existimandus de gestis rebus gloriari, quam de objectis non confiteri. sed si mihi ante hæc durissima reipublicæ tempora nihil unquam aliud obijciuntur, nisi & crudelitas illius temporis, cum à patria perniciem depuli: quid me huc maledicto utrum non respondere, an demisse respondere decuit? Ego verò etiam reipublicæ semper interesse putavi, ne illius pulcherrimi facti, quod ex auctoritate senatus, consensu bonorum omnium, pro salute patriæ, gestissem, splendorem verba, dignitatemque retinere: præterim cum mihi uni in hac republica audiente populo Romano opera mea hanc urbem, & hanc reipublicam esse salvam jurato dicere fas fuisset. Exinctum est jam illud maledictum crudelitatis quod me non ut crudelem tyrannum, sed ut mitissimum parentem omnium civium studiis desideratum, repetitum, accessum vident. Aliud exortum est, obijciunt mihi meus ille discessus: cui ego criminum respondere sine mea maxima laude non possum. Quid enim pontifices, debeo dicere? peccati me conscientia profugisse? At id, quod mihi crimini dabatur, non modo peccatum non erat, sed erat res, post natos homines pulcherrima. Iudicium populi pertinuisse? At id, nec propositum ullum fuit, & si fuisset, duplicata gloria discessissem. Bonorum mihi præsidium defuisse? Falsum est. Me mortem timuisse? Turpe est. Dicendum igitur est id, quod non dicerem, nisi coactus: (nihil enim unquam de me dixi sublatius a seiscenda laudis causa potius, quam criminis depellendi) dico igitur, & quam possum maxima voce dico: Cum omnium perditorum & 10 conjuratorum incita vis, duce tribuno pleb. consulibus auctoribus, as-

1. *Præter maxima cum dignitate*] Visitat passim hodie in libris redit maxima, & c. ita est à conjectura Pantagathi. scripti edicque omnes sunt à nostra.

2. *Alter prætoris petente*] Aldus nepos edidit petentis, habebat Pal. nonas, dicitur, Gembl. docentis, quod ultimum excutendum est.

3. *Placuitque*] Estard. Placuitque. & sic quoque Pal. nonas, si quod etiam esse possit Placuitque, edic. vulgaris, totum istud nomen doct.

4. *Qui tamen, me dicam tam reddens quia Min. Jovem fer. est tu stiam.* In epistolis vulgaris qui Jovem est me dicam: non tam reddens quia Min.

5. *Quod Jovem esse me dico, quam invidiosus quod Minervam sororem Jovis esse existimo.* Exhibui scripturam Gemblacensis scripti, cui addit pulatur liber S. Victoris; nisi quod in. eruditis, quomodo & Pal. nonas: qui tamen, me dicam tam reddens quia Min. Jovem fer. est tu stiam. In epistolis vulgaris qui Jovem est me dicam: non tam reddens quia Min.

vam Jovis sororem meam esse sororem existimo. neque astipulantur ei meliores Palacini.

6. *Ne tuas deas Jovem dicere.*] Pal. nonus, Gembl. Vici. solum. quod si recipimus, referendum prætoris dicitur.

7. *Quam de obijciis non confiteri.*] Examinent quoque pensus octio fores lectionem Pall. noni & cod. Vici. in quibus abest negativa oratorio acuminis ita loqui possit, quoniam nihil ad objecta respondeat. Tu Contrarene, tu Rigalt, tu Meuth, conf. tre consilium.

8. *Crudelitas illius temporis.*] Tur. Vici. Pal. xi. *Crudelitas tu nimir.*

9. *De me à se sublatius.*] Forte *sublatius* ad. et avit referendum Guelmii; sed nihil eius aves addicant, hoc est, libri veteres.

10. *Conjurationem incita vis.*] Sic Pal. nonus & S. Vici. nec videtur heic quæ ferri non possit, quam volatum incitatas quod non computretur loqui in Pal. tertio, quarto, octavo.

hinc fenatu, perterritis equitibus Romanis, suspensa, ac sollicita tota civitate, non tam in me impetum faceret, quam *per me* in omnes bonos: me vidisse, si vicissem, tenuis reipublice reliquias: si victus essem, nullas futuras, quod cum judicasset: desievi conjugis misera discidium, liberorum carissimorum solitudinem, fratris absentis, amantissimi, atque optimi casum, subitas fundatissime familiae ruinas: sed his omnibus rebus vitam anteposui meorum civium: remque publicam concedere unius discessu, quam omnium interitu occidere malui. speravi, id quod accidit, me jaecentem posse à vivis viris fortibus excitari: si unà cum bonis interissem, nullo modo posse creari. Accepi, pontifices, magnum, atque incredibilem dolorem: non nego: neq. istam mihi asicisco sapientiam, quam nonnulli in me requirebant, qui me animo nimis fracto esse, atque afflicto loquebantur. An ego poteram, cum à tot rerum tanta varietate divellerer, (quas idcirco prætereo, quòd ne nunc quidem sine fletu commemorare possum) insitari me esse hominem, & communem *natura sensum* repudiare? Tum verò neque illud meum factum laudabile, nec beneficium ullum à me in rempublicam profectum dicerem, si quidem ea reipublica causa reliquisset, quibus æquo animo carerem: eamque animi duritiam, sicut corporis, quod cum uritur, non sentit, superem potius, quam virtutem putarem. Suscipere tantos animi dolores, atque ea, quæ, capta urbe, accidit victis, frange urbe unum perperit, & jam se videre distrahi à complexu suorum, disturbari tecta, diripi fortunas, patria denique causa patriam ipsam amittere, spoliari populi Romani beneficiis amplissimis, præcipitari ex altissimo dignitatis gradu, 2. videre prætextatos inimicos, nondam *morte complorata*, arbitria petentem tueris: hæc omnia subire conservandorum civium causa, atque ita, ut dolenter abis, non tam sapiens, quam ii, qui nihil curant, sed tam amans tuorum, ac tui, quam communis humanitas postulat: ea laus præclara, atque divina. Nam, qui ea, quæ nunquam cara ac jucunda duxit, animo a quo reipublica causa deserit, nullam benevolentiam insignem in rempublicam declarat, qui autem ea relinquit, reipub. causa, à quibus cum summo dolore divellitur, ei patria cara est: cujus salutem caritati anteposit suorum. 3. Quare disrumptur licet ista furia, atque audiat hæc ex me, quoniam læciviv. bis servavi, ut consul, rogatus armatos viciniam: prius, consulibus armatis cesserim. Utriusque temporis fructum tuli maximum: superioris, quòd ex senatus auctoritate, & senatum, & omnes bonos, meæ salutis causa, mutata veste vidi: posteriores, quod & senatus, & populus Romanus, & omnes mortales, & privatim, & publice judicant sine meo reditu rempublicam salvam esse non posse. Sed hic meus reditus, pontifices, vestro iudicio continetur, nam, si vos me in meis adibus collocatis, id quod in omni mea causa semper studii, consilii, auctoritatis, sententiaque fecistis: video me planè, ac sentio restitutum. *sin mea domus non modò mihi non redidit, sed etiam monumentum prabet inimico, doloris mei, sceleris sui, publicæ calamitatis: quis erit, qui hunc reditum potius, quam poenam sempiternam putet?* In conspectu præterea totius urbis domus est mea: pontifices; in

qua si manet illud non monumentum urbis, sed sepulchrum inimico nomine inscriptum: demigrandum potius aliq. est. quàm habitandum in ea urbe, in qua *propria* & de me, & de republica videam constituta. An ego tantam aut animi duritiam habere, aut oculorum impudentiam possum, ut, cujus urbis servatorem me esse senatus omnium assensu toties judicavit, in ea possum intueri domum meam evertam non ab inimico meo, sed ab hoste communi: & ab eodem exstructam, & positam in oculis civitatis, ne umquam conquiescere possit fletus bonorum? Sp. Melii, regnum appetentis, domus est complanata. ecquid aliud? æquum accidisse Melio populus Romanus judicavit, nomine ipso *Æquemeti*, stultitia poena comprobata est. Sp. Cassii domus ob eandem causam everta: atque in eodem loco ædes posita Telluris. In Vacca præterea domus fuit M. Vacca, quæ publicata est & everta, ut illius facinus, memoria, & nomine loci notaretur. M. Manlius cum ab ascensu Capitolii Gallorum impetum repulisset, non fuit contentus beneficii sui gloria: regnum appetisse est iudicatus, ergo ejus domum evertam, duobus lucis convestitam videtis. Quam igitur majores nostri sceleralis, ac nefarii civibus maximam poenam constitui posse arbitrati sunt, eandem ego subibo, ac sustinebo, ut apud posteros nostros non exstinctur conjurationis, & sceleris, sed auctor & dux fuisse videar? Hanc verò, pontifices, labem turpitudinis, & inconstantia poterit populi Rom. dignitas sustinere, vivo senatu, vobis principibus publici consilii, ut domus M. Tullii Ciceronis cum domo Fulvii Flacci, ad memoriam poena publica constituta conjuncta esse videatur? M. Flaccus, quia cum C. Graccho contra salutem reip. fecerat, & senatus sententia est interfectus, & ejus domus everta & publicata est: in qua porticum post aliquando Q. Catulus de manibus Cimbricis fecit. Ista autem fax, ac furia patriæ, cum urbem, Pisonem & Gabinio ducibus, cepisset, occupasset, teneret: uno, eodemque tempore & clarissimi viri mortui monumenta debebat, & meam domum cum M. Flacci domo conjungebat: ut, qua poena senatus effecerat everforem civitatis, eadem iste, oppresso senatu, afficeret eum, quem P. C. custodem patriæ judicasset. Hanc verò in Palatio, atque in pulcherrimo urbis loco porticum esse patiemini, furoris tribunitii, sceleris consularis, crudelitatis conjuratorum, calamitatis reipub. doloris mei delictum indicium ad *memoriam* omnium gentium sempiternam? quam porticum pro amore, quem habetis in remp. & semper habuistis, non modò sententiis, sed, si opus esset manibus vestris disturbare cuperetis, nisi quem fortè illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret. O rem, quam homines soluti, ridere non desinant: tristiores autem sine maximo dolore audire non possint! P. ne Clodius, qui ex pontificis maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit? 5. huncin' vos, qui estis antistites cæremoniarum, & sacerorum, auctorem habetis, & magistrum publicæ religionis? O dii immortales! (vos enim hæc audire cupio) P. Clodius vestra sacra curat? vestrum numen horret? res omnes humanas religione vestra contineri putat? hic non illudit auctoritat horum omnium, qui adsunt, summorum virorum? non vestra, pontifices, gravitate abutitur?

ex

1. *Concedere unius discessu, quam ex. sua. accidit.* Ita Pal. pr. non S. Victor. aliorumque mli. non ut vulgò *cedere*. Lambinus fecit *concedere*, inquit, quod enim dicitur in ejus quod *concedit* & *cedit*? Avdæus Gualleminus, *concedere* & *concedere*? hæc sententia, malo esse Ciceronem, temp. furori Clodiano cedere suo discessu. quàm eandem conductæ multitudini obviam ire & repugnare cum omnium interitu in quam sententiam scriptus hoc libro locutus est, *concedere* pro cedere, usus est nofter pro Murena. *cedere* autem esse obviam ire, notum vel è Plauto.

2. *Videre prætextatos inimicos, &c.* Pall. omnes prætextos, & sic quo-

que S. Victor. neque omnino duplicet, ut agmine magno & quasi indagine quadam insisterent.

3. *Quare disrumptur licet, &c.* Reddidimus lectori omnium ætatum lectionem, mirificè inquinatam nugis Lambini.

4. *Hominem soluti ridere, &c.* Expressi quod erat in Pal. nono & Gemblacensi, vulgari amplius, *soluti, acra liberati*, notabili glossemate, quod mirum à Lambino non animadvertum: qui variis conjecturis heic usus.

5. *Huncin' vos qui estis.* Haud fecus Pal. nonus & S. Victoris, editi amplius, *hunc, inquam sententiam vos qui estis, &c.* cui bono?

ex isto ore, religionis verbum excidere, aut elabi potest? cum tu eodem ore, accusando senatum, quod se verè de religione decerneret, impurissimè, tetricè, et violasti. Adspicite, adspicite, pontifices; hominem religiosum, & si vobis videtur (quod est bonorum pontificum) monete eum, modum quendam esse religionis: *nimum esse superstitionis non oportere*. Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo fanaticè, sacrificium, quod alienæ domi fieret, invisere? quæ autem te tanta mentis imbecillitas tenuit, ut non putares, deos satis posse placari, nisi etiam muliebribus religionibus te implicasses? quem umquam audisti majorum tuorum, qui & sacra privata coluerunt, & publicis sacerdotiis præfuerunt, cum sacrificium bonæ Dæ fieret, interfuisse? neminem, ne illum quidem, qui cæcus est factus. Ex quo intelligitur, *M V I T A* in vita falso homines opinari, cum ille, qui nihil viderat sciens, quod nefas esset, lumina amisit: istius, qui non solum adpectu, sed etiam incesto flagitio, & stupro polluit cæremonias; *P O R N A* omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conversa. Hoc auctore tam casto, tam religioso, tam sancto, tam pio, potestis, pontifices, non commoveri, cum suis dicat se manibus domum civis optimi evertisse, & eam iisdem manibus consecrasse? *Q uæ* tua fuit consecratio? Tuleram, inquit, ut mihi liceret. Quid? non exceperas, ut, si quod jus non esset rogare, ne esset rogatum? Jus igitur statuetis esse, uniuersumque vestrum sedes, ars, focos, deos penateis, subiectos esse libidini tribunitiæ? in quem quisque per homines concitatos irruerit, quem impetu perculerit, huius domum non solum affligere, quod est præsentis insaniz, quasi tempestatis repentinæ, sed etiam in posterum tempus religione sempiterna obligare? Equidem sic accipi, pontifices, *I N R E L I G I O N I S* suscipiendis, caput esse, interpretari, quæ voluntas deorum immortalium esse videatur: nec est ulla erga deos pieras, nisi honesta de numine eorum, ac mente opinio, cum expeti nihil ab iis, quod sit iniustum, atque inhonestum, arbitrere. Hominem invenite ista labe tum, cum omnia tenebat, neminem potuit, cui meas ad deos addiceret, cui traderet, cui donaret: ipse cum loci illius, cum ædium cupiditate flagraret, 1 ob eamque causam unam, una iusta illa rogatione sua vir bonus dominum se meis bonis esse voluisset: tamen illo ipso in furore suo non est ausus meam domum, cuius cupiditate inflammatus erat, possidere, deos immortales exhibuisset, cuius labore & consilio sua ipsi templa tenuerunt, in eam domum afflictam, 2 & evertam per vim hominis sceleratissimi nefarium latrocinium immigrare voluisset? Civis est nemo in tanto populo, extra contaminatam illam, & eruentam? Clodii manum, qui rem ullam de meis bonis attigerit, qui non pro suis opibus in illa tempestate defenderit, at, qui aliqua se contagione prædæ, societatis, emitionis, contaminaverunt, nullius neque privati, neque publici iudicii *pœnam* effigere poterunt. Ex his igitur bonis, quorum nemo rem ullam attigit, qui non omnium iudicio sceleratissimus haberetur, dii immortales domum meam concupiverunt? Ista tua pulchra Libertas, deos penateis, & familiaris meos Lates expulsi, 3 ut te ipsa, tanquam in captivis sedibus collocaret? *Q uo* b s t sanctius, quid omni religione munitus, eam domum uniuersusque civium? hic aræ sunt, hic foci, hic dii penates, hic sacra, religiones, cæremoniz, continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, ut inde *abrupti* neminem fas sit. Quo magis est furor istius ab auribus vestris repellendus, qui

quæ majores nostri religionibus tuta nobis, & sancta esse voluerunt, ea iste non solum contra religionem labefecit, sed etiam ipsius religionis nomine, evertit. At quæ dea est? Bonam esse oportet, quando quidem est abs te dedicata. *Libertas*, inquit, est. Eam tu igitur domi meæ collocasti, quam ex urbe tota sustulisti? Tu, cum collegas tuos, summa potestate præditos, negares liberos esse? cum in templum Castoris aditus esset apertus nemini: cum hunc clarissimum virum, summo genere natum, summis populi beneficiis usum, pontificem, & consulatam, & singulari bonitate, & modestia præditum (quem satis mirari quibus oculis adspicere audeas, non quæ) audiente populo Rom. à pedisequis conculcari juberet: cum in demnatum exturbares, privilegiis tyrannicis irrogatis: cum principem orbis terrarum, inclusum domi contineres: cum forum armatis catervis perditorum hominum possideres: Libertatis simulacrum in ea domo collocabas, quæ domus erat ipsa iudicio tui crudelissimi dominatus, & miserima populi Rom. servitutis? Eumne potissimum Libertas domo sua debuit pellere, qui nisi fuisset, in servorum potestatem civitas tota venisset? At unde inventa est ista Libertas? quæ sivi enim diligenter. Tanagra quædam inæteris fuisse dicitur, ejus non longè à Tanagris simulacrum è marmore in sepulchro positum fuit. Hoc quidam homo nobilis, non alienus ab hoc religioso Libertatis sacerdote, ad ornatum adilitatis suæ deportavit, etiam cogitavit omnes superiores muneris splendore superare. Itaque omnia signatubulas ornamentorum quod super fuit in fanis 4 & communibus locis, tota è Græcia, atque insulis omnibus, honoris populi Rom. causa sanè *frugaliter* domum suam deportavit is posteaquam intellexit, posse se, interversa adilitate, à L. Pisone consule prætorem renuntiari, si modo 5 eadem prima littera competitorum habuisset aliquem adilitatem duobus in locis, partim in arca, partim in hortis suis collocavit: signum de busto meretricis ablatum isti dedit, quod esset signum magis istorum, quàm publicæ libertatis. Hanc eam quæquam violare audeat, *imaginem meretricis*, ornamentum sepulchri, à fure sublatam, à sacrilego collocatam? hæc me domo mea pellet? hæc cunctis astitit civitatis reip. spoliis ornabitur? hæc erit in eo monumento quod positum est, ut esset *iudicium* oppressi senatus ad memoriam sempiternam turpitudinis? *O Q. Catule*, (patremne appellem, an filium? recentior memoria filii est, & cum rebus meis gestis conjunctior:) tantumne te sefellit, cum mihi summa, & quotidie majora præmia in reip. fore putabas? negabas fas esse, *duos consules* esse in hac civitate inimicos reipub. Duo sunt inventi, qui senatum tribuno furenti confictum traderent: qui pro me patres conscriptos deprecari, & populo supplices esse, edictis, atque imperio, vetarent: quibus inspectantibus domus mea disturbaretur, diriperetur: qui denique ambustas fortunarum mearum reliquias suas in domos comportari juberent. Venio nunc ad patrem. Tu Q. Catule, M. Fulvii domum, cum is fratris tui fover fuisset, monumentum tuarum manubarum esse voluisti, ut ejus, qui perniciose reipub. publicæ consilia cepisset, omnis memoria funditus ex oculis heminum ac mentibus tolleretur. Hæc si quis tibi adificanti illam porticum diceret, fore tempus, cum is tribunus plebis, qui auctoritatem senatus, iudicium bonorum omnium neglexisset, tuum monumentum, consiliibus non modò inspectantibus, verùm adjuvantibus disturbaret, everteret, idque cum ejus civis, qui rempublicam ex senatus

1. Ob eamque causam unam, una iusta illa rogatione. Forst. unam, ista est res.
 2. Ut evertam per vim hominis. ER à Pal. nono. & S. Victor. editi per unam hominis.
 3. Ut te ipsa tanquam, &c. collocaret? Sic quoque Pal nonus & S. Victorius, exhibuitque item ex suis Lambinus, vulgata; non te ipse, &c. est locutus, in nunc necesse est.

4. Et communibus locis. Dicitur locis non est in S. Vict. ac Pal. nono, & poterat abesse, communia enim res agere.
 5. Hæc prima littera competitorum. &c. Pluribus modis verificatur ad hujus loci emendationem And. Scotus noster, qui videtur lib. 1. Nodor. cap. 18.
 6. Ad memoriam sempiternam turpitudinis. Idem lib. 1. competitorum forsan rectè.

tas auctoritate consul defendisset, domo conjungeret: nonne responderes, id, nisi eversa civitate, accidere non posse? At videte hominis intolerabilem audaciam cum projecta quadam, & effrenata cupiditate. Monumentum iste numquam, aut religionem ullam excogitavit: habuit laxè, & magnificè voluit: duasque & magnas, & nobiles domos conjungere. eodem pacto temporis, quo meus discessus isti causam cædis eripuit, à Q. Scio contendit, ut Q. Postumius sibi domum venderet. cum ille id negaret: primò se luminibus ejus esse obstructurum minabatur. Affirmabat Postumius, se vivo, illam domum istius numquam futuram. Acutus adolescens ex ipsius sermone intellexit, quid fieri oporteret: hominem veneno aperitissimè sustulit: emit domum à licitoribus defangatis, propè dimidio carius, quam æstimabat. Quorsum igitur hæc oratio pertinet? domus mea illa propè tota vacua est: vix pars ædium meorum decima ad Catuli porticum accessit. causa fuit ambulatio, & monumentum, & ista Tanagra, opprèssa libertate, Libertas in Palatio, pulcherrimo prospectu, porticum cum conclavibus pavimentatam trecentum pedum concupierat, amplissimum peristylum; cetera ejusmodi, facile ut omnium domos & laxitate, & dignitate superaret. Et homo religiosus, cum ædis meas idem emeret & venderet: tamen illis tantis tenebris non est ausus suum nomen emitti illi adscribere. posuit scilicet 2. Scatonem illum; hominem sua virtute egentem, ut is, qui in Martus, ubi natus est, tectum; quo imbris vitandi causa succederet, nullum haberet. ædis in Palatio nobilissimas emisse se diceret. Inferiorem ædium partem assignavit non lux genti Fonteix sed Clodix, quam reliquit, quem in numerum ex multis Clodix nemo nomen dedit, nisi aut egestate, aut scelere perditus. Hanc vos, pontifices, tam variam, tam novam in omni genere voluntatem, impudentiam, audaciam, cupiditatem, comprobabitis? Pontifex, inquit, affuit. Non te pudet, cum apud pontifices res agatur, pontificem dicere, non collegium pontificum affuisse: præsertim cum tribunus plebis, vel denuntiare potueris vel etiam cogere? Esto. collegium non adhibuisti quid? de collegio quis tandem affuit? potuerat enim auctoritatem in uno quæ est in his omnibus: sed tamen auget & atque, & bonas dignitatem, opus erat etiam scientia: quam etsi omnes consecuti sunt, 4. tamen certe peritiores vultus facit. Quis ergo affuit? Frater, inquit, uxoris meæ. Si auctoritatem querimus, etsi id est ætatis, ut nondum consecutus sit: tamen quæ est in adolescente auctoritas, ea propter tantam conjunctioem affinitatis, minor est putanda. In autem scientia est quaesita: quis erat, minus peritus, quam is, qui paucis illis diebus in collegium venerat? qui etiam tibi erat magis obstrictus, beneficio recenti, cum se, fratrem uxoris tuæ, fratri tuo germano angelatum vid. bat. Etsi in eo providisti, ne frater te accusare posset. Hanc tu igitur dedicationem appellas ad quam non collegium, non honoribus populi Romani ornatum pontificem, non denique adolescentem quemquam, cum haberes in collegio familiarissimos, adhibere potuisti? Affuit is, si modo affuit, quem tu impulsisti: lo: or rogavit, mater coegit. Videte igitur, pontifices quid statuat in mea causa de omnium fortunis. Verbone, pontifices, putatis, si is postem tenuerit, & aliquid

dixerit, domum uniuscujusque consecrare posse? An istas dedicationes, & templorum, & delubrorum religiones, ad honorem deorum immortalium, sine ulla civium calamitate à majoribus nostris constitutæ sunt? Est inventus tribunus plebis, qui consularibus copiis instructus, omni impetu furoris in eum civem irruerit: quem percussum ipsa respublica suis manibus extolleret. Quid, si quis similis istius (neque enim jam deerunt, qui imitari velint) aliquem mei dissimilem, cui respublica non tantum debeat, pœ vim affligerit, domum ejus per pontificem dedicavit: id vos ista auctoritate constituetis ratum esse optere? Dicetis, quem reperiet pontificem? Quid? & tribunus plebis idem esse non potest pontifex? M. Drusus ille clarissimus vir, tribunus plebis, pontifex fuit, ergo, si is Q. Cæpionis, inimici sui, postem ædium tenuisset, & pauca verba fecisset, ædes Cæpionis essent dedicatæ? Nihil loquer de pontificio jure, nihil de ipsius verbis dedicationis, nihil de religione, caremoniis: non dissimulo me nescire ea, quæ etiam si scirem, dissimularem, ne aliis molestus, vobis etiam curiosus viderer: etsi effluunt multa ex vestra disciplina, quæ etiam ad nostras aureis sæpe permanent. Postem teneri in dedicatione oportere videor audisse templi. ibi enim postis est, ubi templi aditus est, & valvæ. Ambulationis posteis nemo unquam tenuit in dedicando. Simulacrum autem, aut aram si dedicasti, sine religione loco moveri potest. Sed jam hoc dicere tibi non licebit, quoniam pontificem postem tenuisse dixisti. Quamquam quid ego de dedicatione loquar? aut quid de vestro jure, & religione contra, quam proposueram, disputabo? Ego vero, si omnia solemnibus verbis, veteribus, & præcis institutis acta esse dicerem: tamen me respublica defendere. An, cum tu ejus civis discessi, ejus unius opera lenatus, atque omnes boni civitatem esse incolumem toties judicasset, opprèssam terribilo latrocinio cum duobus sceleratissimis consulibus respublica teneres: domum ejus, qui patriam à se servatam perire suo nomine noluisse, per pontificem aliquem dedicasset: posset recreata respublica sustinere. 5. Date de hac religione aditum, pontifices: jam nullam fortunis communibus exitum reperietis. An, si postem tenuerit pontifex, & verba ad religionem deorum immortalium compolita, ad perniciem civium transfulerit, 6. valebit ad injuriam nomen sanctissimum religionis: si tribunus plebis verbis non minus præcis, & panè solemnibus bona civis cupidiam consecravit, non valebit? Atqui C. Atinius, patrum memoria, bona Q. Metelli, qui cum ex senatu censor egerat, avi tui, Q. Metelle, & tui, P. Servili, & proavi tui, P. Scipio, consecravit, focolo posito in æstris, adhibitoque tibicine. Quid tum? num ille furor tribunus plebis, 7. ductus ex nonnullis veterum temporum exemplis, fraudi Metello fuit summo illi, & clarissimo viro? Certe non fuit. Vidimus, hoc idem Cn. Lentulo censori tribunum plebis facere. Numquid igitur is bona Lentuli religioni obligavit? Sed quid ego ceteros? Tu tu, inquam, capite velato, concione advocata, focolo posito, bona tui Gabinii, cui regna omnia Syrorum, Asiæ, Persarumque donaras, consecrasti. Quod situm nihil est actum: quid in meis bonis agi potuit? si est ratum, cur ille gurgis, heluatus tecum simul reipublicæ sanguinem, ad cæculum tamen extruxit vilam in Tusculano vicerebus ararum;

rit;

1. *Discessit de auctoritate.* Ita conjecit Anton. August. nus. libri enim sic scribitur.
2. *scatonem illum.* Vulgo *stratonem*, sed alterum refert in Euford. in S. Vict. & Pal. nono.
3. *In omni genere voluntatem, impudentiam.* Vix est ut reponi non debeat *voluntatem impudentiam*, quod Gallicismo in cæcitate veniebat.
4. *Tamen certe peritior, &c.* Gembl. *atque*, ad enim Pak. monus ab-

jiit illud tamen, & servat ætate, quod magis probem.

5. *Date hinc religionem aditum Pontificis.* Longe melius sic Pal. nonus.

6. *Valebit ad injuriam nomen.* Pal. nonus & S. Vict. valebit *injuriam*.

7. *Ductus ex nonnullis veterum temporum.* Nihil pejor lidem libri

peritiorum

rui; nihil meas ruinas, quarum ego similem totam urbem
 esse passus non sum, adspicere non licuit? Omito Gabi-
 nium: Quid? exemplo tuo bona tua nonne L. Mum-
 mius, vir omnium fortissimus, atque optimus, consecra-
 vit? quod si quia ad te pertinet, ratum esse negas oportere: ea jura constituisti in praeclearo tribunatu tuo, quibus
in te conversi, reculares, alios everteres? sin illa consecratio
 legitima est: quid est, quod profanum in tuis bonis esse
 possit? An consecratio nullam habet jus, dedicatio est reli-
 giosa? Quid ergo illa tua tum prisca verba voluerunt? emen-
 tiri, fallere, abuti deorum immortalium numine ad homi-
 num timorem quid voluisti? Nam si est illud ratum: mit-
 to Gabinium: tua domus certe, & quidquid habes aliud,
 est Cereri consecratum. *si in ille tibi ludus fuit, quid te
 impurius; qui religiones omnes pollueris aut ementien-
 do, aut iturando? Jam fateor, inquit, in Gabinio me ne-
 fariam fuisse. Quispe vides, penam illam a te in alium
 institutam, in te ipsam esse convertam. Sed homo omnium
 scelerum flagitiorumque documentum, quod in Gabinio
 faceris, cujus impudicitiam pueritiae, libidines adolescen-
 tiae, dedecus, & egestatem reliqua vitae, atrocitium consul-
 arum vidimus: cui ne ista quidem ipsa calamitas injuria
 potuit accidere: id in me infirmas? & gravius esse dicis,
 quod uno adolescente, quam quod, concione tota teste, fe-
 cisti? Dedicatio magnam, inquit, habet religionem. Non-
 ne vobis Numa Pompilius videtur loqui? discite orationem,
 pontifices, & vos flamines: etiam tu rex, disce a
 gentili homine tuo: quamquam ille gentem istam reliquit:
 sed tamen disce ab homine religionibus deduo, iusto tum
 omnium religionum perito. Quid? in dedicatione nonne
 & quis dicit, & quid, & quomodo, quiritur? An tu haec
 ita confandis, & perturbas, ut quicumque velit, quod velit,
 quomodo velit possit dedicare? quis eras tu, qui dedica-
 ebas? quo jure? qua lege? quo exemplo? qua potestate?
 ubi te isti rei populus Rom. praefecerat? video enim esse
 legem veterem tribunitiarum, quae veteri, *in ipsa plebis aedeis,
 terram, aram consecrare neque tum hoc ille Q. Papirius,
 qui hanc legem rogavit, sensit, neque suspicatus est, fore
 periculum, ne domicilia, aut possessiones indemnatorum
 civium consecrarentur, neque enim id fieri fas erat, neque
 quisquam fecerat, neque erat causa, cur prohibendo non
 tam deterere videretur, quam admonere. Sed qui consecr-
 abantur aedes, non privatorum domicilia, sed quae sacrae
 nominantur: consecrabantur agri, non ita ut nostra
 praedia, si quis vellet, sed ut imperator agros de hostibus
 captos consecraret: statuebantur ara, quae religionem as-
 ferrent, ipso si loco essent consecratae: haec, nisi plebs jus-
 sisset, fieri veruit, quae si interpretaris de nostris aedibus,
 atque agris scripta esse: non repugno, sed quaero, quae lex
 lata sit, ut tu aedeis meas consecraret: ubi tibi haec potestas
 data sit: quo jure feceris Neque ego nunc de religione, sed
 de bonis omnium nostrorum, nec de pontificio, sed de jure
 publico disputo. Lex Papiria vetat aedeis in usum plebis
 consecrari. Sit sane hoc de nostris aedibus, ac non de publicis
 templis. Unum ostende verbum consecrationis in ipsa
 tua lege: si illa lex est, ac non vox sceleris, & crudelitatis
 tuae. Quod si tibi tum in illo reipub. naufragio omnia in-
 mentem venire potuissent, aut si tuus scriptor in illo in-
 cendo civitatis non syngraphas cum Byzantiis exsulis,
 & cum regatis regis faceret, sed vacuo animo tibi ista non**

scita, sed portenta conscriberet: esses omnia, si minus re,
 at verbis legitimum consecutus. Sed uno tempore cautiones
 fiebant pecuniarum, foedera seriebantur provinciarum, re-
 gum appellationes venales erant, servorum omnium vica-
 rim celebrabatur tota urbe descriptio, inimici in gratiam
 reconciliabantur, 2 imperia adscribebantur novae juven-
 tuti, Q. Seio venenum misero parabatur, de Cn. Pompejo,
 propugnatore, & custode imperii, interficiendo consilia
 inibantur senatus nequid esset, ut iugerent boni semper, ut
 capta reipub. consulum prodicione, vi tribunicia teneretur.
 Haec cum tot, tantaque agerentur: non mirum est, praeter-
 itum in furore animi, & cecitate multa illum, & te sefel-
 lisse. At videte, quanta vis sit hujus Papiriae legis, in te tali
 non qualem tu affers, sceleris plenam, & furoris, Q. Mar-
 cius, censor, signum Concordiae fecerat, idque in publico
 collocarat, hoc signum C. Cassius censor cum in curiam
 transivisset, collegium vestrum consuluit, numquid esse
 causa videretur, quin id signum, curiamque Concordiae
 dedicaret. Quae, pontifices, & hominem cum *bonis &
 tempus cum tempore, & rem cum re comparate. Ille erat
 summa modestia, & gravitate censor: hic tribunus plebis,
 scelere, & audacia singulari. tempus illud erat tranquil-
 lum, & in libertate populi, & gubernatione positum lena-
 tu: tuum porro tempus, libertate populi Rom. oppressa, sen-
 natus auctoritate deleta. Res illa plena iustitia, sapientia,
 dignitatis censor enim, penes quem majores nostri id
 quod tu sustulisti iudicium senatus de dignitate esse volue-
 runt, Concordiae signum volebat in curia, curiamque ei de-
 dicare. Praeclara voluntas, atque omni laude digna, pra-
 scribere enim se arbitrabatur, ut, sine studio dissensionis,
 sententiae dicerentur, si sedem ipsam, ac templum publici
 consilii, religione Concordiae devinxisset. Tu cum ferro,
 cum metu, cum edictis, cum privilegiis, cum praesentibus
 copiis perditorum, absentis exercitus, terrore, & minis,
 consulum societate, & nefario impete, servitute oppressam
 civitatem teneres: Libertatis signum posuisti 4 magis ad
 ludibrium impudentiae, quam ad simulationem religionis.
 Ille in curia, quae poterat, sine cuiusquam incommodo,
 dedicabat: tu in civis optime de reipub. meriti errore, ac
 praene ossibus, simulacrum non libertatis publica, sed licen-
 tia, collocasti. Atque ille tamen ad collegium retulit: tu
 ad quem retulisti? Si quid deliberares siquid tibi aut plan-
 dum, aut instituendum fuisset religione domestica: ta-
 men instituto ceterorum veteri, ad pontificem devinxisset,
 novum delubrum cum in urbis clarissimo loco, nefando
 quodam, atque inaudito instituto, inchoares: referendum
 ad sacerdotes publicos non putasti? At, si collegium ponti-
 ficum adhibendum non videbatur: nemone horum tibi
 idoneus visus est, qui aetate, honore, auctoritate antecellunt,
 ut cum eo dedicationem communicares? quorum quidem
 tu non contempsisti, sed perimus dignitatem. An tu au-
 deres quaxere ex P. Servilio, aut ex M. Lucullo: quorum
 ego consilio, atque auctoritate reipub. consul ex vestris
 manibus ac faucibus eripui: quibusnam verbis, aut quo
 ritu, primum hoc dico, civis domum consecraret, deinde
 civis eius, cui princeps senatus? & cui etiam ordines omnes,
 deinde Italia tota, post cuncta gentes, testimonium hujus
 urbis, atque imperii conservati dedissent? Quid diceret, o
 nefanda, & perniciose labes civitatis? Ades, ades, Luculle,
 Servili dum dedico domum Ciceronis, & ut mihi praecatis,
 postemque teneatis. Estu quidem cum audacia, tum impu-
 dentia*

1. Sin illi tibi ludus fuit. Pronomen tibi adjectum ex Turingico ac
 P. sono.

2. Imperia adscribebantur novae juventuti. Lambinus pro imperio de-
 levit nova juventuti, & syllabam praeterea detraxit ad adscribebantur.

3. Non qualem tu affers. Turingi & Pal. non affers.

4. Quae ad in usum publicitatis, Ita aliis leg. adnoscendum aliis;

placetque praevulgato, impudentia; quod tamen in plerisque Pal. nam
 nonus impudentia.

5. Cui etiam ordines omnes. Pall. sero, tus etiam ordines omnes; lectione,
 in speciem bona. sed malim quod restat in nono firmatque S. Victoris
 liber, cum autem ordines omnes.

6. Ut mihi praecatis. Meliores m. si nostri praecatis, quod Gualtemus
 omittendum non putabat.

pudentia singulari: sed tibi tamen oculi, vultus, verba cecidissent, cum te viri, qui sua dignitate personam populi Rom. atque auctoritatem imperii sustinerent, verbis gravissimis petterissent: neque tibi fas esse dixissent, forori interesse tuo, atque in patriæ patricio, & scelere. Quæ cum videres, tum te ad tuum a ssum non delectum à te, sed relictum à ceteris contulisti, quem ego tamen credo, si est ortus ab illis, quos memorizæ proditum est ab ipso Hercule, perfuncto jam laboribus, sacra didicisse, in viri fortis ærumnis, non ita crudelem fuisse, ut in vivi, & jam spirantis caput bustum suis manibus imponeret: qui aut nihil dixit, aut, si fecit, omnino *penam* hanc maternæ temeritatis tulit, ut mutam in delicto personam, nomen que præberet: aut, si dixit aliquid, verbis hæsitantibus, postemque tremebunda manu tetigit, certè nihil vitæ, nihil castæ, nihil more, institutoque perfecit. Viderat ille Murænam, vitricum suum, consulem designatum, ad me consulem cum Allobrogibus communis exitii indicia afferre: audierat ex illo, se à me bis salutem accepisse, separatim semel, iterum cum universis. Quare quis est, qui existimare possit, huic novo pontifici, primam hanc post sacerdotium initum religionem instituenti, vocemque mittenti, non & linguam obnuivisse, & manum obtorpuisse, & mentem debilitatam metu concidisse: præsertim cum ex collegio tanto, non regem, non flaminem, non pontificem videret: fierique participes alieni sceleris *invitus* cogeretur, & gravissimas poenas a ssumitatis impurissima sustineret? Sed, ut revertar à ad jus publicum vindicandum, quod ipsi pontifices semper non solum ad suas ceremonias, sed etiam ad populi iussa accommodaverunt: habetis in commentariis vestris, C. Casium censorem de signo Concordiæ dedicando ad pontificum collegium retulisse, eique M. Æmilium, pontif. maximum, pro collegio respondisse, nisi eum populum Roman. nominatim præfecisset, atque ejus iussa faceret: non videri ea rectè posse dedicari. Quid, cum Liciniæ virgo Vestalis, summo loco nata, sanctissimo sacerdotio prædita, T. Flaminio, Q. Metello, Coss. aram, & ædiculam, & pulvinar sub saxo sacro dedicasset, non eam rem ex auctoritate senatus ad hoc collegium Sex. Julius prætor tulit? cum P. Scævola, pontif. Max. pro collegio respondit, quod in loco publico Licinia. C. R. injussa populi dedicasset, & *sacrum non videri* esse. Quam quidem rem quanta severitate, quantaque diligentia senatus sustulerit, ex ipso S. C. facile cognoscetis. Recita S. C. SENATUS CONSULTUM. Videritisne, prætori urbano negotium datum, ut curaret, ne id sacrum esset? & ut, liquæ essent incipia, aut incipia litteræ, tollerentur. O tempora! O mores! Tum censorem, hominem sanctissimum, simulacrum Concordiæ dedicare pontifices in templo inaugurato prohibuerunt: post autem senatus in loco angusto consecratam eam aram, tollendam ex auctoritate pontificum censuit, neque ullum est passus ex ea dedicatione, litterarum exstare *monumentum*, tu procella patriæ, turbæ, ac tempestas pacis, atque otii, quod in naufragio recip. tenebris offusus, demerso populo Roman. everso, atque ejecto senatu dirueris, ædificaris, religione omni violata, recip. tantum nomine contaminatis: in civis hujusce ædibus, & in urbe, quam suis laboribus, ac periculis conservasset, monumentum deletæ recip. collocaris ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium, sublato

que Q. Catuli nomine incidetis: id spectasti tempus. diutius, quam, quoad mecum simul ex pulsa careret his moribus, esse latum? At, si, pontifices, neque is, cui ssum, neque id, quod fas fuit, dedicavit: quid me attinet jam illud tertium, quod proposueram, docere, non his institutis, ac verbis, quibus ceremonizæ postulavit, dedicasse? Dixi à principio, nihil me de scientia vestra, nihil de sacris, nihil de abscondito jure pontificum, dicturum, quæ sunt adhuc à me de jure dedicandi disputata, non sunt qua sita ex occulto aliquo genere litterarum, sed sumta de medio, ex rebus palam per magistratus actis, ad collegium que delatis, ex S. consilio, ex lege. Illa interiora, jam vestra sunt, quid dici, quid præcipere, quid tangi, quid tenerè jus fuerit: quæ si omnia ex Coruncanii scientia, qui peritissimus pontifex fuisse dicitur, acta esse constarent; aut si M. Horatius ille Pulvillus, qui, cum ejus dedicationem multi, propter invidiam, fectis religionibus impedirent, restitit, & constantissima mente Capitolium dedicavit, hujusmodi alicui dedicationi præfuisse: tamen in scelere religio non valeret: nedam valeat id, quod imperitius adolescens, novus sacerdos, fororis precibus, matris minis adductus, ignarus, invitus, sine collegis, sine libris, sine auctore, & sine fectore, furtim, mente, ac lingua titubante fecisse dicatur: præsertim cum iste impurus, atque impius hostis omnium religionum, qui contra fas inter vios saepe mulier, & inter mulieres vir fuisset, ageret illam rem ita raptim, & turbulente, ut neque mens, neque vox, neque lingua consisteret. Delatum tum est ad vos pontifices, & post omnium sermone celebratum, quemadmodum iste præ posteris verbis, omnibus obsecrans, idem idem se ipse revocando, dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter, ad vos in monumentis habetis, & pronuntiarit, & fecerit. Quod quidem minime mirum est, in tanto scelere, tantaque dementia, ne audacia quidem locum ad timorem comprimendum fuisse. Etenim, si nemo unquam prædo tam barbarus, atque immanis fuit, qui cum sana spoliasset, deinde aram aliquam in litore deserto, *sonnis stimulatus*, aut religione aliqua, consecraret, non horretet animo, cum divinum numen scelere violatum, placare precibus cogeretur: qua tandem istum perturbatione mentis, omnium templorum, atque rectorum, totiusque urbis prædonem, fuisse censeris, cum pro detestatione tot scelerum unaniam nefarie consecraret? Non potuit ullo modo (quamquam & insolentia dominatus extulerat animos, & erat incredibili armatus audacia) non in agendo mære, ac saepe peccare, præsertim illo pontifice, & magistro, qui cogeretur docere, antequam ipse didicisset. MAGNA VIS est, cum in deorum immortalium numine, tum vero in ipsa rep. Dii immortales suorum templorum custodem, ac præsidem sceleratissimè pulsam cum viderent, ex suis templis in ejus ædis immigrare nolebant. itaque istius recordissimi mentem cura, metuque terrebant. Res vero publica, quamquam erat exterminata necum, tamen observabatur ante oculos & exstinctoris sui, & ab istius & inflammato, atque ignito furo re jam tum me, seque repetebat. Quare quid est mirum, si iste metus furore instinctus, scelere præceps, neque institutas ceremonias persequi, neque verbum ullum solemne potuit effari? Quæ cum ita sint, pontifices, revocate jam animos vestros ab hac

subtili

1. Ad jus publicum vindicandum. Libri selectiores iudicandi. Pal. pr. adicandi.

2. Sacrum non videri esse. Erford. videri esse. codex S. Victoris esse abijcit. retinetque tantum videri.

3. Sine fectore. Restitit Tullio propriam suam vocem, conspuratione omnium Pall. item editionum veterum præterquam primæ, quæ verbum istud totam omisit. at postiores nobis obtulerant, sine scriptura, Ennius veteris est: Libaque fectore, & fectore & fectore.

4. Non potuit ullo modo. Efficacius istud omnium scriptorum, quam, quod in edictis posuerat.

5. Exstinctoris sui. Vetr. edd. & mss. Pall. aliorumque omnes istud habebant: itaque mirarer cur id posteriori nati mutarint in exterminatoris, nisi potuissent Deos non extingui. ac nec exterminari, si sunt Dei.

6. Inflammato & ignito furore. Idem libri omnes, inire, nisi quod Pall. nonus inire, quod mutari queat in iniquos in inire; imò in inire. sed viderintalij. ego festino nimis.

subtili nostra disputatione ad universam reipub. quam antea cum viris fortibus multis, in hac vero causa solis vestris cervicibus sustinetis. Vobis universi senatus perpetua auctoritas, cui vosmetipsi praestantissimi semper in mea causa praesultis: vobis Italiae magnificentissimus ille motus, municipiorumque coneurus, vobis campus, centuriarumque una vox omnium, quarum vos principes, atque auctores fuistis, vobis omnes societates, omnes ordines, omnes, qui aut re, aut spe denique sunt boni, omne vobis erga meam dignitatem studium, & iudicium non modo commissum, verum etiam commendatum esse arbitrabuntur. denique ipsi dii immortales, qui hanc urbem, atque hoc imperium tuerentur, ut esset omnibus gentibus, posteritatique perspicuum, divino me numine esse reipubl. redditum, idcirco mihi videntur fructum ipsum reditas, & gratulationis meae ad suorum sacerdotum potestatem, iudiciumque revocasse. Hic est enim *reditus*, pontifices hanc restitutio, in domo, in sedibus, in aris, in focis, in diis penatibus recuperandis. quorum si iste suis sceleratissimis manibus recta, sedesque convellit: ducibusque consulibus, tanquam urbe capta, hanc unam domum, quasi acerrimi propugnatoris, sibi delendam putavit: tamen illi dii penates, ac familiares mei, per vos in meam domum mecum erunt restituti. Quocirca te, Capitoline, quem propter beneficia populus Roman. *opimum*, propter vim, *maximum* nominavit, teque, Juno regina, & te, custos urbis, Minerva, quae semper adiutrix consiliorum meorum, testis laborum existitisti, precor, ac quaeso: vosque, qui maxime me repetistis, atque revocastis, quorum de sedibus haec mihi proposita est contentio, patris penates, familiaresque, qui huic urbi, & reipubl. praesidetis, vos obtestor, quorum ego à templis, ac delubris pestiferam illam, & nefariam flammam depuli: teque, Vesta mater, cujus castissimas sacerdotes ab hominum amentia, furore, & scelere defendi: cuiusque ignem illum sempiternum non sum passus aut sanguine civium restingui, aut cum totius urbis incendio commisceri: ut, si in illo pane fato reipubl. obiecti meum caput pro vestris caeremoniis, atque templis, perditissimorum civium furori, atque ferro: & si iterum, cum ex mea contentione interitus bonorum omnium

quareretur, vos sum testatus, vobis me, ac meos commendavi, meque, ac meum caput ea conditione devovi, ut, si & eo ipso tempore, & ante, & in consulatu meo, commodis meis omnibus, emolumentis, praemiis praetermissis, cura, cogitatione, vigiliis omnibus, nihil, nisi de salute meorum civium laborassem: tunc mihi reipubl. aliquando restituta liceret frui: sin autem mea consilia patriae non profuissent, ut perpetuum dolorem, a vallis a meis, sustinerem: hanc ego *devotionem capitis* mei, cum ero in sedes meas restitutus, tum denique convictam esse, & commissam putabo. nam nunc quidem, pontifices, non solum domo, de qua cognoscitis, sed tota urbe careo, in quam videor esse restitutus. Urbis enim celeberrimae, & maximae partes adversum illud non monumentum, sed vulnus patriae continentur. quem cum mihi conspectum morte magis vitandum, fugiendumque esse videatis: nolite, quaeso, eum, cuius reditu restitutam reipub. fore putastis, non solum dignitatis ornamentis, sed etiam urbis partibus velle esse privatum. Non me bonorum direptio, non testorum exilio, non depopulatio praediorum, non praeda consulum ex meis fortunis crudelissime capta permovet: *caduca* semper, & mobilia haec esse duxi, non virtutis, atque ingenii, sed fortunae, & temporum munera: quorum ego non tam facultatem unquam, & copiam, & extendendam putavi, quam & in utendo *rationem*, & in catendo *patientiam*. Etenim ad nostrum usum propemodum iam est definita moderatio rei familiaris: liberis autem nostris satis amplum *patrimonium* paterni nominis, ac nostrae memoriae relinquemus: domo per scelus erepta, per latrocinium occupata, per religionis vim sceleratius etiam adificata, quam everisa, carere sine maxima ignominia reipubl. meo dedecore, ac dolore non possum. Quapropter, si diis immortalibus, si senatui, si populo Rom. si civitati Italiae, si provinciis, si exteris nationibus, si vosmetipsis, qui in mea salute principem semper locum, auctoritatemque tenuistis, gratum & iurandum meum reditum intelligitis esse: quaeso, obtestorque vos, pontifices, ut me, quatenus auctoritate, studio, sententiis restitulistis, nunc quoniam senatus ita vult, *manibus* quoque vestris in sedibus meis colloctis.

M. TULLII

1. *Præsidetis.* Ediderat sic Lambinus, non addito an & libris, sed sic reperit in Eusturdiano Suffridus, ego autem in Palatino nono, vulgata, præsidetis.

2. *Extendendam putavi.* Interpretat *expetendam*, sed in vitis Pall. nostris

omnib. & verus impresis. huiusmodi mille mutationes erueret, qui olim cufos, qui membranas bibliothecarum non raptim & carptim legeret, sed verbum in omni syllabam persequeretur. quod quis facere capiat, hoc seculo nostro, cuius pompa tota consumitur in peregris